Et post hoc demonstrabo numerum quantitatis arcuum equationis diei quos secant orbes descripti supra duos polos equatoris diei et supra partes datas orbis signorum per hoc quod in quanto tempore hore equales transeunt partes date orbis signorum orbem medii diei in loco et pertranseunt orizonta. Et cum ad illum tantum est orizon descriptus supra duos polos equatoris diei, ergo describam formam unde declaratio perficitur et ponam primum arcum e h orbis signorum 30 partes et protrahitur [illegible] convenientie arcus e t orbis equatoris diei. Dicam ergo quod proportio corde dupli arcus z b ad cordam dupli arcus b a aggregatur ex duabus proportionibus, ex proportione corde dupli arcus z h ad cordam dupli arcus t h et proportione corde dupli arcus t e ad cordam dupli arcus e a. Duplum vero arcus z b est 132 partes et 18 minuta et 20 secunda et corda eius est 109 partes et 55 minuta et 43 secunda et duplum arcus b a est 51 partes et 52 minuta et 50 secunda et eius corda 58 partes et 31 minuta et 44 secunda. Duplum vero arcus z h est 146 partes et 50 minuta et 2 secunda et eius corda est 118 partes et 31 minuta et 14 secunda et duplum arcus h t est 23 partes et 19 minuta et 49 secunda et corda eius 24 partes et 14 minuta et 48 secunda. Cum ergo nos preceperimus ex proportione 109 partium et 55 minutorum et 43 secundorum ad 58 partes et 31 minuta et 44 secunda proportionem 118 partium et 31 minutorum et 14 secundorum ad 24 partes et 14 minuta et 48 secunda, remanebit proportio corde dupli arcus t e ad cordam dupli arcus e a, scilicet ipsa est proportio 46 partium et minuti unius et 43 secundorum ad 118 partes et 31 minuta et 14 secunda et est etiam proportio 46 partium et minuti unius et 43 secundorum ad 120. Duplum vero arcus e a est 180 et corda dupli arcus t e secundum illas partes est 46 partes et minutum unum et 43 secunda. Arcus ergo eius duplum arcus t e erit 44 partes et 50 minuta et t e secundum illas partes erit 22 partes et 25 minuta. Ponam autem arcum e h 60 partes et dimittam reliqua que sunt in forma secundum suam habitudinem. Erit ergo duplum arcus z h 138 partes et 49 minuta et 52 secunda et eius corda 112 partes et 23 minuta et 46 secunda et duplum arcus h t 81 partes et sexta et 18 secunda et eius corda 52 partes et minutum unum et 58 secunda. Si ergo cum nos etiam preceperimus ex proportione 109 partium et 55 minutorum et 43 secundorum ad 58 partes et 31 minuta et 44 secunda proportionem 112 partium et 23 minutorum et 46 secundorum ad 52 partes et minutum unum et 58 secunda, remanebit proportio corde dupli arcus t e ad cordam dupli arcus e a, que est 94 partium et 2 minutorum et 51 secundorum ad 112 et 23 minuta et 46 secunda, que est sicut proportio centum et unius partium et 28 minutorum et 20 secundorum ad centum 20 partes. Corda autem dupli arcus e a est 120, quapropter erit corda dupli arcus t e secundum illas partes 100 et una pars et 28 minuta et 20 secunda et arcus t e secundum illas partes 42 partes et 55 minuta. Ergo declaratum est quod summe 30 partium orbis equatoris diei sunt 27 partes et 50 minuta secundum hunc modum et secundum 30 partium orbis signorum equantur tempore elevationis tempori elevationis residui 29 partium et 48 minutis partium equatoris diei. Iam enim ostensum est quod ipse simul sunt 57 partes et 55 minuta

Capitulum 10 [illegible] arcuum equationis diei [illegible] orbes signorum [illegible] distinguit et

[illegible]

[illegible] corde [illegible] ad cordam [illegible]
394093
189414

[illegible] corde [illegible] ad cordam [illegible]
191024
29119

et est corda 120

Postquam in partibus [illegible] proportionem corde 2e arcus z b ad cordam 2e arcus b a [illegible] ex duabus proportionibus, scilicet ex proportione corde 2e arcus z h ad cordam 2e arcus h t et ex proportione corde 2e arcus t e ad cordam 2e arcus e a [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] z b [illegible] b a [illegible] z h [illegible] h t [illegible] [illegible] arcus b a [illegible] arcus t e [illegible] arcus e a [illegible] arcus t e [illegible] et [illegible] intentum

Et manifestum est quod hee 12 partium orbis signorum equantur tempus eleva
cionis tempori elevacionis residui quarte orbis equatoris diei que est 32 partes et
16 minuta. Propter hoc quod tempus elevacionis cuiusque quarte orbis decli
vis equatur elevacioni quarte orbis equatoris diei cum fuerint
elevaciones orbium descriptorum super duos polos orbis equatoris diei.
Secundum hunc modum et hanc declaracionem sciemus unam partem ar
cuum orbis equatoris diei que elevatur cum omnibus 10 partibus orbis de
clivis. Scias quod arcus qui sunt minus 10 partibus non multum diversificantur
ab arcubus equalibus augmentis. Et affirmabo porcionem partium orbis equatoris
diei debitam omnibus 10 partibus orbis declivis pertransire cum omnibus 10
partibus orbis declivis lineam orbis meridiei in omni loco et pertransire ori
zontem spere recte. Et incipiam 10 partes a puncto equatoris diei. Ergo
que debentur 10 primis partibus orbis signorum porcio orbis equatoris diei est 9
tempora et 10 minuta. Et secundarum 10 est porcio 9 tempora et 14 minuta. Et porcio 10
tercia(rum) est 9 tempora et 24 minuta. Cum ergo agregantur porciones decem
narum prime 12 partium sunt 28 tempora et 40 minuta. Porcio vero decene quarte est
9 tempora et 48 minuta et porcio decene quinte est 9 tempora et 20 minuta
et decene sexte est 10 tempora et 16 minuta. Cum ergo agregantur 10ne est 10 tempora et
44 minuta. Cum ergo agregantur porciones decenarum trium 12 partium
cuius finis est punctum tropici sunt 32 tempora et 16 minuta. Et convenit ut
sit porcio 90 que est totius quarte 90 tempora. Et propter hoc manifestum est quod re
liqua quarte similiter sunt. Imaginemus circulum contrarium comitatur quarte alicui
eius super orizontem hominum in
Sed quia orbis equatoris diei erigitur super orizontem hominum in
habitancium speram rectam absque declinacione. Completa est dictio prima. Incipit
2a libri almagesti ptholomei pheludensis cuius capitula sunt 13 decem
Capitulum primum quale sit intencio circuli orizontis qui sunt inter
orbem equatoris diei et orbem declinacionis secundum quantitatem diei longioris data.
Capitulum tercium quale sit altitudo poli per hos arcus cum ponitur ergo quan
titatem diei longioris cum fuerit datus et econverso.
Capitulum quartum quale sit quas tras in habitante illi super summitatem capi
tum quorum sol transit et quando et quociens sit illud.
Capitulum quintum quale sint proporciones instrumentorum ad umbras suas in
equalitate diei et in tropicis duobus in medietatibus diei per quedam que diximus cum
sunt data. Capitulum septimum de modo proporcionis linearum orbium equidistancium orbi
equatoris diei. Capitulum vii de scientia eius quod elevatur de orbe equatoris diei
cum eo quod elevatur de orbe signorum in spera declivi. Capitulum octavum de modo posicionis tabu
larum eius quod elevatur de orbe equatoris diei cum omnibus decem partibus
orbis signorum in locis orbium equidistancium. Capitulum 9m de divisione
eius quod sequitur scientiam elevacionum et speciei porcionum capitis orbem meridiei
Capitulum 10m de scientia angulorum provenientium inter orbe signorum declive et
Capitulum 11m de scientia angulorum provenientium inter orbem signorum et lineam

Et partes 2e orbis declivis sunt 29 tempora et 42 minuta. Porcio autem 10ne quinte est 10 tempora et 34 minuta et porcio 10e 8e est 10 tempora et 41 minuta et 10e 9e est 10 tempora etc.

de scientia locorum habitabilium terre

a super fluctibus

circuli orizontis. Capitulum 12m de scientia angulorum provenientium inter orbem declivem et orbem descriptum super duos polos orizontis. Capitulum 13m de positione tabularum arcuum et angulorum quos narrabimus in orbibus equidistantibus. Capitulum primum de scientia habitabilis terre.

Et postea que narravimus in dictione prima almagesti de forma totius et comunitate que est in eo sicut principia et antecedencia et que necessitas sit eius et que estimavimus utilia in hac scientia ex eis que accidunt in orbe recto. studebimus ut ostendamus in sequentibus plurimum eorum que accidunt in orbe declivi secundum levius possibile est. Et hic quidem cuius summa quod pretermittendum non est, est quod terra dividitur in quatuor quartas quas separat orbis equatoris diei et unus orbium descriptorum super polos eius. et quod una quartarum duarum septentrionalium continet fere totam habitabilem quam scimus.
4 Illud autem duobus modis declaratur. quorum unus est secundum latitudinem que est spatium quod est a meridie ad septentrionem. quoniam umbre instrumentorum quibus sit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinate erunt ad septentrionem neque unquam declinabit ad meridiem.
4 Alius vero secundum longitudinem que est spatium quod est ab oriente ad occidentem. quia eclipses et precipue lunares que sunt in hora una vident illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus et in extremitate occidentis eius. non antecedentes neque subsequentes plus 12 horis equalibus. Totum vero spatium quarte in longitudine est 12 horarum. quoniam una medietatum orbis equatoris diei comprehendit ipsum.
4 Divisiones autem quas oportet nos scire. et quas existimamus convenientes et quod est necessarium in hoc libro sunt scientia eius quod accidit in locis habitabilibus qui sunt sub unoquoque orbium equidistantium et equidistantium orbi equatoris diei. et hoc est quanta sit longitudo duorum polorum [i. equinoctialis] ipsius prime ab orizonte. Aut quanta sit longitudo puncti quod est super summitatem capitum in orbe meridiei ab orbe equatoris diei. et in quibus locis currat sol super summitatem capitum et quando et quotiens sit illud. et que sit comparatio instrumentorum ad umbras suas que considerantur in equalitate diei et in duobus tropicis [i. in meridie] in medietatibus diei. et quantum addit longior dies et minuat brevior dies. de die equali. Et preter hoc que sunt augmenta et diminutiones que accidunt nocti et diei. et que sunt diversitates eius tunc quando elevantur equator diei et orbis declinis. et cum quo occultantur ambo. et que proprietates angulorum provenientium ex sectione orbium maiorum. et omnia que ex eis contingunt. et que eis accidunt. Capitulum 2m qualiter scirentur quantitates arcuum circuli orizontis qui sunt inter orbem equatoris diei et ortum circulibus graduum signorum in orbe declivi secundum diem longiorem datum.

Huius itaque exemplum. ponam lineam que est super rhodum equidistantem orbi equatoris diei ubi est altitudo poli 36 partes

Et propterea ista est dictio 2a almagesti ptolomei in qua postquam in prima determinavit de forma totius et de principiis et antecedentibus et de scientia quantitatum et de declinatione et ascensionibus signorum in spera recta. nunc intendit determinare de pluribus eorum que accidunt in spera obliqua et hec quartum fatalis potest esse. Et hic 13 capitula ut patebit. Capitulum primum habet 3 partes prima continet dicta dicendo. 2a probat quod una quarta terre continet totam habitationem. 3a ponit quasdam divisiones ad scientiam huius dictionis almagesti necessarias ibi Dividebimus. 3a ibi divisiones autem. Dividebimus autem hoc est in primo capitulo eius sequitur et hic 2 partes in prima ponit … in 2a ibi illud

Et hic quidem hic i. in hoc libro supponitur in alio quem feci sunt scilicet composito tractatu cuius 2o capitulo 3a diffinitionem posui hec hic et earum speciebus tractatur

Propterea arcum orizontis in quovis climate qui est inter ortum tropici et equinoctialis pro assignatione diei arcum investigare sic procedes sinum duc arcus dimidii arcus diei in sinum ascensionis maximum declinationis productumque divida per sinum quadrantis exhibebit sinum ascensionis arcus orizontis qui est inter arcum utriusque tropicorum et equinoctialis dimidiique ratione …pet distantiam ortus cuiuslibet signi ut … ab equinoctiali



et in quo dies longior 18 horas et medietatem hore ex horis equali-
bus sit. Et describam propter hoc meridiei orbem super quem sint a. b. g. d. et
describam in eo medietatem circuli orizontis orientalis super quem b. e.
d. et medietatem orbis equationis diei super quem sint a. e. g. et signabo
super polum meridianum z. et super ortum tropici hyemalis orbis signorum h.
et describam super duo puncta z. h. arcum circuli z. h. t. et ponam longitudi-
nem diei longioris, et inquiram inventionem arcus e. h. circuli orizontis
Et quia revolutio spere non est nisi super duos polos equationis diei
tunc manifestum est quod duo puncta h. et t. cadunt simul in tempore uno super ar-
cum a. b. orbis meridiei propter spere motum. Tempus autem puncti h. quod
est ab oriente ad medium celi quod super terram est quantitas arcus h. t. Et
sectiones enim orbium equidistantium orbi equationis diei separate sunt
propter terram et sub terra eo quod orbis meridiei secat eos omnes in duo media
et duo media. Propter erit arcus e. t. qui est medietas superfluitatis que est
inter longiorem diem et breviorem et inter equalitatem hora et quarta
hore in loco huius linee, et est 18 tempora et 24 minuta. Arcus autem residuus
qui est ad complendam quartam qui est t. a. erit 71 tempora et 34 minuta.
Ergo quod iam premisit expositorie iam secant se inter duos arcus or-
bium maiorum qui sunt a. e. a. z. duo arcus a. h. b. z. h. t. super h. ergo
proportio corde dupli arcus t. a. ad cordam dupli arcus a. e. aggregatur
ex duabus proportionibus, ex proportione corde dupli arcus t. z. ad cordam dupli arcus
z. h. et ex proportione corde dupli arcus h. b. ad cordam dupli arcus b. e.
Duplum autem arcus t. a. est 142 partes et 32 minuta, et eius corda est 113
partes et 31 minuta et 48 secunda, et duplum arcus a. e. est 180 et eius corda 120 partes
et duplum arcus t. z. est 180 partes et eius corda 120 partes, et duplum arcus
z. h. est 132 partes et 51 minuta et 20 secunda et eius corda 109 partes et 20
minuta et 43 secunda. Cum ergo proiecerimus ex proportione 113 partium et 31 minutorum
et 48 secundorum ad 120 proportionem 120 ad 109 partes et 20 minuta et
43 secunda, remanebit proportio corde dupli arcus h. b. ad cordam dupli ar-
cus b. e. que est proportio 100 cum parte et 44 minutorum et 26 secundorum ad 120.
Corda vero dupli arcus b. e. quoniam ipse est quarta est 120, ergo corda dupli arcus
b. h. fere 120 partes, et arcus b. h. secundum illas partes 60 partes. Remanet
ergo arcus e. h. secundum illas partes 30 partes, secundum quantitatem qua circulus
orizontis est 360 partes, et hoc est quod oportuit nos demonstrare. Sequitur
tertium qualiter scitur altitudo poli propter hos arcus cum ponitur autem propter quan-
titatem diei longioris

Sit ergo illud datum et investigemus inventionem altitudinis
poli que sit arcus b. z. orbis meridiei. Erit ergo in hac forma
proportio corde dupli arcus e. t. et ad cordam dupli arcus t. a. aggrega-
ta ex duabus proportionibus, ex proportione corde dupli arcus e. h. ad cor-

Et signabo super meridianum polum orbis equationis diei australem punctum z.

In alio. Nos namque iam absolute novimus quod sectiones que sunt super terram et que sunt sub terra circulorum equidistantium circulo equationis diei orbis secat in duo media et duo media circuli meridiei

Altitudinem poli per arcum diei minime notum presto indagari regula. Sinum diei medie diei minimi ad equinoctialis diei ducatis sinum complementi proportionis arcus orisontis qui est inter ortum tropici et equinoctialis productumque dividatur per sinum arcus orisontis et equinoctialis atque quod exierit quod est inter ortum tropici et equinoctialis ducatur in sinum quadratum productumque dividatur per sinum arcus medii minimi diei exhibit sinus altitudinis poli

dam dupli arcus h. b. et ex proportione corde dupli arcus b. z. ad
cordam dupli arcus z. a. | Dupli vero arcus e. t. est 79 partes et 30 minuta
et eius corda est 78 partes et 38 minuta et 22 secunda | et dupli arcus
t. a. est 181 partes et 30 minuta | et corda eius 119 partes et 59 minuta
et 48 secunda | Dupli quoque arcus e. h. est 60 partes et corda eius est 60 partes |
et dupli arcus h. b. est 120 partes et eius corda 103 partes et 55
minuta et 23 secunda | Cum ergo proiecerimus ex proportione 78 partium et 38
minutorum et 22 secundorum | ad 119 partes et 59 minuta et 48 secunda | proportionem 60 partium ad 103 partes et 55 minuta et 23 secunda | remanebit
proportio corde dupli arcus b. z. ad cordam dupli arcus z. a. | que est proportio 40
partium et 33 minutorum ad 120 partes minus 1 fere | Corda quoque dupli
arcus b. z. secundum illam quantitatem est 40 partes et 33 minuta | Ergo propter
erit dupli arcus b. z. 41 partes et minutum | et arcus b. z. plus secundum
illam quantitatem 20 partes minutis | Secundum hunc quoque consimiliter in hac forma
ponam arcum b. z. qui est altitudo poli data 36 partes | et inquiram invenire
rationem superfluum quod est inter quantitatem diei longioris et brevioris et inter
equalitatem et illud est dupli arcus e. t. Ergo propter erit proportio corde
dupli arcus b. z. ad cordam dupli arcus b. a. | aggregata ex duabus
proportionibus | ex proportione corde dupli arcus z. h. ad cordam dupli arcus
h. t. | et ex proportione corde dupli arcus t. e. ad cordam dupli arcus e. a. |
| Dupli autem arcus z. b. est 72 partes | et corda eius 70 partes et 32 minuta
et 3 secunda | et dupli b. a. est 108 partes | et eius corda 97 partes et 5 minuta et 46
secunda | Dupli quoque arcus z. h. est 132 partes et 51 minuta et 20 secunda | et corda eius est 109 partes et 55 minuta et 43 secunda | et dupli arcus h. t. est
47 partes et 42 minuta et 40 secunda | et eius corda est 48 partes et 31 minuta et 44 secunda | Cum ergo proiecerimus ex proportione 70 partium et 32
minutorum et trium secundorum ad 97 partes et 5 minuta et 46 secunda remanebit proportio corde dupli arcus t. e. ad cordam dupli arcus e. a. | que
proportio 31 partium et 11 minutorum et 23 secundorum ad 97 partes et 5 minuta et 46 secunda | Hoc namque propinquius proportioni et 38 partium et 38
minutorum ad 120. Corda autem dupli arcus e. a. est 120. Ergo propter dupli arcus
e. t. erit 39 partes et 30 minuta minutis | Et propter hoc sunt hore temporales equales | et illud est quod oportuit nos demonstrare. Etc.

Similiter quoque sciemus arcum e. h. orizontis | eo quod proportio corde
dupli arcus z. a. ad cordam dupli arcus b. a. data aggregatur ex duabus proportionibus | ex proportione corde dupli arcus e. h. ad
cordam dupli arcus e. b. Arcus vero e. b. est datus. Remanet
itaque quantitas arcus e. h. data. Manifestum est ergo quod licet illud cuius
quantitas sit non sit punctum tropici hyemalis quod est h. sed sit illud quod
est de partibus circuli signorum et ubi est secundum duo arcus e. t. e. h. ex quibus
cum premisimus tabulam declinationis cuiusque partium orbis signorum ab orbe

Comperimus hic loco ut sciamus arcum b. z. qui est altitudo poli per arcum e. h. deinde sciamus ex hoc loco per arcum e. t. et ponamus causam ad intendendum quod hic est arcus b. z. in utroque duorum locorum arcuum t. h. qui est datus etc.

Arcum diei primum ut maioris in quolibet climate proposita poli altitudine gnomonicae (?) ... maius quod si sinum altitudinis poli ducatur in sinum maioris declinationis et productum dividatur per sinum complementi maioris declinationis. Et quod provenit ducatur in semidyametrum productumque dividatur per sinum complementi altitudinis poli exibit sinus medietatis minime diei ad equinoctialem diem

Arcus

Proportio 109 partium et 55 minutorum et 43 secundorum | ad 48 partes et 31 minuta et 44 secunda.

Arcum orizontis qui est inter ortum tropici et equinoctialis ... poli nota ... sinum maioris declinationis ducas in semidiametrum et productum dividas per sinum complementi altitudinis poli exibit sinus arcus orizontis qui inter tropicum et equinoctialem deprehenditur.

1 z t ad cordam dupli arcus t h et ex proportione corde dupli arcus

Quibus duo circuli paralelli circulo equinoctiali circumscribuntur longius a duobus tropicis sive ab ipso equinoctiali equaliter distant oriente et contrarie parte equinoctialis et fit alternatim nox unius diei alterius equalis

f. et .c. q.

equatoris diei in orbe meridiei Et illud est oppositum h. t. ex partibus equatoris diei et illud. ut orbes equidistantes orbi equatoris diei qui describuntur aut illud. ut orbes equidistantes orbi equatoris diei qui distant partes orbis signorum equalis longitudinis a puncto cuilibet duorum punctorum tropicorum secent etiam orizonte arcus equales in quibus duarum partium tropicorum secent etiam orizonte arcus equales et fiant quantitates noctis et diei cum fuerit orbis equatoris diei et fiant quantitates noctis et diei cum fuerit orbis equatoris diei et fiant quantitates noctis et diei equales. omnis scilicet quantitas sue opposite Et declaratur cum hoc ut orbes equidistantes orbi equatoris diei equalis longitudinis a quolibet duorum punctorum equinoctium dierum secent orizonte arcus equales ab utrisque lateribus orbis equatoris diei Et sunt quantitates noctis et diei in illis alternate Et hoc est quod si nos signaverimus in hac forma punctum k. super quod secet orbis equidistans orbi equatoris diei equalem descripto supra h. medietatem circuli orizontis super quem e. b. c. d. et compleverimus duos arcus h. l. k. m. qui sunt sectiones duorum orbium equidistantium equatorio quos manifestum est esse equales et descripserimus super k. et supra polum septentrionalem qui sit punctum q. circulum orbis super quo sint q. k. b. erit duo arcus a. t. f. g. equales eo quod ipsi sunt similes arcubus duobus l. h. m. k. cuiusque videlicet suo relato et remanebit arcus e. t. equalis arcui e. f. residuo et erunt duorum triangulorum e. h t. e. k. f. duo latera unius duobus lateribus alterius equalia videlicet e. t. equale e. f. et h. t. equale k. f. et angulus t. equalis angulo f. quare erit basis e. h. equalis basi k. e. et illud est quod oportuit nos demonstrare Capitulum quo sciantur provincie in quibus sol transit super summitatem capitum et quando et quotiens erit illud

Manifestum est ergo quod nunquam sol currit super summitate capitum habitantium in locis que sunt sub lineis equidistantibus orbi equatoris diei que plus elongantur ab orbe equatoris diei quam sit longitudo puncti tropici estivalis que est 23. partes et 41 minuta et 20. secunda Et super summitatem nostrorum capitum inhabitantium loca que sunt sub linea equidistanti orbi equatoris diei cuius longitudo ab equatore diei est partes iste currit sol in anno cum est in puncto tropici estivalis Et super summitate capitum inhabitantium loca que sunt sub lineis equidistantibus equatori diei longitudo quorum ab ea minor est hiis partibus sol bis in anno currit Et cum illud erit quod leviter invenitur a nobis est ut inveniamus numerum partium longitudinis linee ab equatore diei equidistantis et in linea secunda tabule declinationis et consideremus quod est contra eam consequenter in linea prima ex numero partium quarte Et cum est sol longitudo ab utroque duorum punctorum equantium diem ad partem tropici estivalis fuerit equalis illis partibus in longitudine tunc sol curret super summitate capitum eorum qui sunt sub linea illa. Capitulum in quali sciantur proportiones instrumentorum ad umbras suas in equalitate diei et in duobus tropicis in medietatibus diei per quedam que predicimus cum fuerint data

Finalius quo sciuntur proportiones umbre ad instrumenta postquam iam sciuimus



Et quoniam sole existente in paralello circulo equinoctialis equales cum lineis extremis videlicet sectionibus porcionis orizontis et circuli meridiani et circulum in sectionibus h. k. punctum erit declinatio puncti a medietate diei

-6- Nota solis altitudinem per rationem umbre tenentis ad gnomonem certum vel umbre ipsius ad gnomonem iacentem invenire / et quasi nota proportione umbre
ad gnomonem altitudinem solis indagare. Regula si sinum perfectionis altitudinis ducas in partes gnomonis quantas libet et productum dividas per partes umbre
altitudinis exibunt partes quantitatis umbre. Similiter partium gnomonis. Et e converso si radicem duorum quadratorum gnomonis et umbre cum nota fuerit
... et per eam id quod productum gnomonis in semidiametrum provenit dividas exibit sinus quesite altitudinis

Inalio
.. Ponet nos sit inter centrum c et caput instrumenti differentia nec diversitas

quantitatem arcus qui est inter duos tropicos et arcus qui est inter ori-
zontem et inter duos polos est quemadmodum narrabo. Describam orbem
medici super quem sint a. b. g. d. super centrum e / et ponam punctum quod est
super summitatem capitum a / et protraham diametrum a. e. g. et producam
a g. in superficie orbis medici lineam ortogonalem super qua sint g. k. z. n.
Manifestum est ergo quod hec linea equidistat linee que transit super duo puncta
super que se secant orbis medici et circulus orizon. Et quoniam quantitas totius
terre ad quantitatem orbis solis est sicut punctum et centrum secundum se-
sum / ponam centrum e. caput instrumenti / et ymaginabor instrumentum
lineam e. g. Sit ergo linea g. k. n. z. super qua cadit extremitas umbre in
medietatibus diei et sit radius solis in die breviori et in die equali transiens / longiori dici
eius super punctum e et sit radius solis in die equali linea b. e. d. z. / et
radius eius in die longiori linea h. e. t. k. et radius eius in die bre-
viori linea l. e. m. n. Erit ergo linea g. k. umbra diei longioris / et g. z. umbra
diei equalis / et linea g. n. umbra diei brevioris. Et quia arcus g.
d. equatur altitudini poli septentrionalis ab orizonte in hoc climate que est
36. partes secundum quantitatem qua circulus est 360. partes / et unusquisque duorum
arcuum t. d. m. d. secundum illam quantitatem 23. partes et 41. minuta et 20.
secunda. Ergo manifestum est quod arcus g. t. residuus est 12. partes et 8. minuta et
20. secunda. Et totus arcus g. m. secundum illam quantitatem est 49. partes et 41.
minuta et 20. secunda. Ergo erit anguli qui sunt sub eis secundum quantitatem qua
duo anguli recti sunt 360. partes ita / scilicet erit angulus k. e. g. 12. partes et
8 minuta et 20. secunda / et angulus z. e. g. 36. partes / et angulus n. e. g. 49. partes
et 41. minuta et 20. secunda. Secundum quantitatem vero qua duo anguli recti sunt 360.
partes / erit angulus k. e. g. 24. partes et 16. minuta et 40. secunda. Et angulus
z. e. g. secundum illam quantitatem 72. partes / et angulus n. e. g. 99. partes et 22.
minuta et 40. secunda / arcus ergo qui sunt portiones circuli descripti super triangulos
super quos sunt k. e. g. / z. e. g. / n. e. g. ortogonios / erunt sic / videlicet
arcus qui est super lineam g. k. 24. partes et 16. minuta et 20. secunda. Et ille qui
est super lineam e. g. qui est complementum eius erit secundum quantitatem illam 155.
partes et 42. minuta et 40. secunda. Et ille qui est super lineam g. z. erit 72. partes /
et ille qui est super g. e. secundum illam quantitatem 108. partes / et ille qui est super line-
am g. n. erit 119. partes et 22. minuta et 40. secunda / et ille qui est super g. e. quod
est id quod minus est et complementum 60 partes et 16. minuta et 20. secunda. Secundum
quantitatem ergo qua k. g. erit 24. partes et 12. minuta et 43. secunda / erit g. e.
116. partes et 18. minuta et 41. secunda. Et secundum quantitatem qua g. z. erit 70.
partes et 32. minuta et 4. secunda erit g. e. 91. partes et 4. minuta et 46. secunda.
Et secundum illam quantitatem qua erit g. n. 103 partes et 45. minuta et 25. secunda /
erit g. e. 60. partes et 14 minuta et 42. secunda. Secundum illam ergo quantitatem qua in-
strumentum g. e. erit 60. partes / erit umbra g. k. estivalis 12 partes et 44. minuta /
et umbra g. z. que est diei equalis 43. partes et 36. minuta / et erit umbra g. n.
hyemalis 103. partes et 20. minuta propinquius. Ergo secundum conversionem declarabitur





Sub lin͞ea equi͞li omnes dies sunt equales noctibus et sibi invice͞m et omnes stelle oriu͞ntur et occidunt et ubi [illegible] mediate [illegible] ad [illegible] declinat



Declinatio est duo [illegible] et d e g z [illegible] [illegible] cuius declinatio ad [illegible] et ad t d ita e g ad g z [illegible] et [illegible] altitudinis poli [illegible] et [illegible] et e g [illegible] [illegible] pote [illegible] 31

nobis. quod cum due tunc comparatum instrumenti g. e. ad umbras suas fuerint scite quecumque due fuerint similiter illud altitudo poli. et quod est intercerint scite quecumque due fuerint similiter illud altitudo poli. et quod est intercerint scite quecumque due fuerint scienti per illud altitudo poli. et quod est inter duos polos tropicos. Cum enim scite fuerint duo. tunc angulorum quicumque duo fuerint sciti, reliquus angulus propter hoc quod duo arcus t. f. d. m. sunt equales. Verum acceptio inventionis huius secundum considerationem ad sciendum duos arcus in qua non est dubitatio est secundum modum quem premisimus. Sed tamen illud comparationes instrumentorum ad umbras suas non est ita. eo quod tempus umbre equalitatis non est distinctum. et extremitates capitum umbrarum hyemalium in ea difficulter comprehenduntur. Capitulum 6m de modo comparationum linearum orbium equidistantium equatori diei

H(ac) hora autem similitudine in reliquis lineis equidistantibus equatori diei | accipiam summam comparationum earum | et ponam superfluum declinationis aliarum ab aliis quarta hore | que sunt horarum equalium in comparatione. Hoc namque consistit sufficientia | et narrabo summam eorum que in eis contingunt antequam dimissionem huius et perfectionem | et incipiam loqui de equidistantia que est sub equatore diei | quam invenimus hinc medici a tota quarta terre habitabili. Hec autem sola tantum facit diem et noctem in omnibus diebus anni equales semper | quoniam in ea tantum secat circulus orizon omnes orbes equidistantes equatori diei in duo media et duo media | et sunt omnes portiones eorum que sunt super terram similes et equales portionibus eorum que sunt sub terra | quod equidem est quia non contingit in aliquo eorum orbium maiorum declinatorum ab equatore diei. Orbem vero equatoris diei qui est ex magnis orbibus. circulus orizon solum secat in duo media in omni loco terre | et equantur dies et nox in eo | et sunt equales secundum sensum licet tamen | quoniam circulus orizon est etiam ex magnis circulis | Unumquodque autem orbium equidistantium ab eo declinatorum qui sunt preter ipsum in parte habitabili. et in parte medici orizon secat in duas portiones diversas | et erunt portiones que sunt super terram eorum qui sunt in parte medici ab eo minores eis que sunt sub terra | et erunt dies brevioris temporis nocte. Sed quecumque portiones sunt ex eis que sunt ex parte septentrionis ab eo | erunt secundum conversionem eius | erunt scilicet portiones que sunt super terram maiores hiis que sunt sub terra | et erunt dies longioris temporis nocte | et umbra huius linee equidistantis in sphera recta equatori diei declinat ad ambas partes | quoniam transitus solis erit super summitatem capitum eorum qui sunt sub ea duabus vicibus in partibus secantibus equatoris diei et in partibus orbis declivis | et tunc tamen erunt instrumenta in medietatibus diei non habentia umbram. Cum vero fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septentrionali | erit declinatio umbre instrumentorum ad partem medici. Et cum fuerit cursus sol in medietate orbis signorum meridiana erit declinatio umbre instrumentorum ad partem septentrionis | et erit quantitas umbre estivalis et hyemalis in hoc loco. secundum quantitatem qua erit longitudo instrumentorum 60. partes ~~x~~ 26. partes et medietas fere tres propinquius. Scitum autem quod narrabimus in omni sermone nostro. de quantitate umbrarum non erit nisi medici umbra. Et nos non accipere possumus unitatem medici

Sub omni alia linea equinoctiali linea equinoctialis bis in anno dies fit equalis nocti in anno. Et dies estivi hyberniis longiores noctes vero breviores. Et quanto ab equatoris distantiores dies estivi prolongatiores sunt, hyberni vero correptiores. Et quedam stelle apparent semper quedam occultantur. Et distancia cenith ab equinoctiali equalis altitudini poli

Sub una qualibet linea ab equinoctiali maior est inequalitas dierum et noctium. Et maior pars celi apparet semper. Et maior pars celi occulta semper

In alio

Sed accepto inventionis huius secundum quam non est dubitatio ad sciendum duos arcus scilicet arcus altitudinis poli et arcum qui est inter duos tropicos eius consideratione

In alio

Et ponam superfluum declinationis secundum augmentum quarte hore unius horarum equalium

In alio

Dico ergo quod talis sit fere contingit ut sit communis inter totam quartam terre habitabilem apud nos et parte meridiana

Cum circulus orizon est etiam ex magnis circulis

In alio

Et aliter in duobus locis sectionis circuli equinoctialis diei et circuli declinis

li(nea) prima

et 2 [illegible]

neque in duobus punctis equalitatis neque in duobus punctis duorum tropicorum. Sed tamen cum nos acceperimus umbram in hiis temporibus ad horam medii diei erit propinquam unitati neque variabitur in aliquo eius quantitas (sit sensibiliter). Et erit cursus stellarum que sunt super hanc lineam super summitatem capitum eorum qui habitant sub ea. Et clare manifestum est quod stelle celi oriuntur omnes et occidunt, quoniam duo poli spere (sunt) in medietate circuli orizontis non describit orbem equidistantem equatori diei semper apparentem, neque semper occultum secantem orbem medii diei. Quidam autem dicunt quod possibile est ut sit illud quod est sub hac linea equidistante extra habitabile. Ideo quod eius complexio est naturaliter bona, eo quod sol non prolonget obumbracionem suam super puncta summitatis capitum propter velocitatem sue declinationis in altitudine ab equatore diei, et propter hoc sunt estas et hyemps bone complexionis propter brevitatem longitudinis solis a summitate capitum in utroque tropico. Hoc autem quod diximus est secundum estimacionem et putacionem. Sed vero illud quod est sub hac linea habitantium, nos hanc scienciam non comprehendimus, quoniam aliquis non pervenit ad eam qui sit in nostris regionibus habitabilibus usque ad diem hunc nostrum. Proprietates autem que sub hac linea equidistante circulo equatoris diei absolute dico, quod sit hec quam narravimus. Reliquarum vero equidistancium equatori diei in quibus possibile est scire que sunt regiones et loca que sub eis habitantur, narrabo summa proprietatis cuiusque ne reiteremus sermonem in hora omni. Stelle que sunt supra summitates capitum in unaquaque linea earum sunt que secant de orbe descripto super duos polos equatoris diei arcum inter stellas et orbem equatoris diei equalem spacio quod est inter lineam et orbem equatoris diei. Et quia circulus semper apparens est cuius centrum est polus equatoris diei septentrionalis describimus secundum longitudinem altitudinis poli ab orizonte, erunt stelle quas iste continet circulus semper apparentes. Stelle autem semper occulte sunt que sunt in circulo cuius centrum est polus equatoris diei meridianus descriptus secundum longitudinem depressionis poli ab orizonte. De secunda linea sciendum est

Linea equidistans secunda est cuius longioris diei longitudo est 12 hore et quarta hore, que sunt de horis equalibus, et eius spacium ab equatore diei est 4 partes et quarta partis, descripta super insulam Berberis que est ex lineis in quibus declinat umbra medii diei ad duo latera, quoniam sol obumbrat super summitatem capitum eorum qui sunt sub ea bis in anno. Instrumenta vero et gnomones non habebunt umbram in medietatibus diei cum fuerit elongacio solis a tropico estivali ad quamlibet duarum partium 79 partes et medietas partis. Cum ergo fuerint transitus solis in hiis 149 partibus erit declinacio umbre gnomonum ad partem septentrionis in medietatibus diei. Et erit in hoc loco umbra equalitatis 5 partes et tria quarte partis et umbra hyemalis 22 partes. De tercia linea sciendum est

Linea autem equidistans tercia est in qua est longitudo diei longioris 12 hore et medietas hore et elongacio eius ab equatore diei est 8 partes et 24 minuta, descripta super Calhalingu [?] Filisolita [?], ipsa quoque est ex lineis in quibus declinat umbra medii diei ad duo latera et obumbrat sol super summi-

Quidam autem dicunt sicut Avicenna (in) capitulo de complexionibus ... et ... capitulo doctrina ... secundo ... Et Hali in tegni ... Et Gerlacus [?] dicunt quod sub equinoctiali sit temperatissima habitacio.

Qualis

Reliquos autem circulos equidistantes propter quos quibusdam hominibus visum est quod habitatores secant, pretermittam antequam narrem causas quare eos quantum ne reiterem sermonem unum in uno quoque eorum. Hec non res sunt quod reliquorum circulorum qui se ad invicem secant in unoquoque non fuit aliqua stellarum super summitatem capitum nisi stelle quarum longitudo ab equatore diei in circulo signato super duos polos eius est arcus equalis arcui qui est longitudo tocius illius circuli de quo intenditur ab circulo equatoris diei et quod circuli semper apparentis est descriptio cum ponitur polus septentrionalis equatoris diei polus eius et ponitur spacium altitudo poli. Et stelle que in hoc circulo presunt semper apparent, circuli vero semper occulti descriptio erit cum ponetur polus meridianus polus eius et ponetur longitudo eius idem spacium. Et stelle que sunt infra hunc circulum semper occultantur.

Linea 2

et secunde quarte ... stellarum propter ... et secunda ... septentrionis

Linea 3

... 5 partes et umbra ... 4 partes et 3a partis

... maius ad nostra loca

Quare linea cuius distancia maior ab equinoctiali ... declinacione solis umbra medii diei ad utramque partem alternatim declinat et bis in anno declinacione carent

titatem capitum eorum bis in anno et nec gnomones habebunt umbram
in meridiatibus diei cum fuit spacium solis a tropico estivali ad utrasque
partes 69 partes. Quando cum fuit transitus solis eius in hys 138 partibus
erit declinacio umbre gnomonum ad partem meridianam in medietatibus diei
et cum fuerit transitus eius et ipse in 222 partibus residuis erit decli-
nacio umbre ad partem septentrionis et erit in hoc loco umbra equali-
tatis 8 partes et medietas et tria partis / et umbra estatis 10 partes et me-
dietas et tria partis et tria quinte partis / et umbra hyemis 24 partes et me-
dietas et tria et tria quinte partis secundum quantitatem qua erunt gnomones 60 partes

4 Linea equidistans quarta est in qua est longitudo diei | De quarta
longioris 14 hore et medietas et quarta hore / et eius elongacio
ab equatore diei 32 partes et medietas partis descripta super tal thalin
gu filisolitus et ipsa eciam est ex lineis in quibus declinat umbra meridiei
ad utraque latera. Et obumbrat sol super summitate capitum eorum qui sunt sub
ea bis in anno / et nec gnomones in medietatibus diei habebunt umbram
cum fuerit elongacio solis a tropico estivali ad utrasque partes 44 partes et
due tercie partis. Quando cum fuit transitus solis et ipse in his 114 partibus
et tria partis erit declinacio umbre gnomonum ad partem meridiei. Et cum
fuit transitus solis et ipse in 2xx partibus et duabus terciis partis residuis
erit declinacio umbre gnomonum ad partem septentrionis / et erit umbra
equalitatis 13 partes et 3a partis / et umbra estatis 12 partes / umbra hyemalis
xx partes et due tercie partis secundum quantitatem qua est instrumentum 60 partes

5 Linea equidistans quinta est in qua est longitudo diei longioris | De quinta
13 hore et eius elongacio ab equatore diei 16 partes et 24 minuta | de-
scripta super insulam maroes [meroes] que est est ex lineis in quibus umbra
meridiei ad utraque latera declinat / et obumbrat sol super summitate capitum
eorum qui sunt sub ea bis in anno. Et nec gnomones in medietatibus
diei habent umbram cum fuerit elongacio solis a tropico estivo ad duas
partes 24 gradus. Quando cum fuerit transitus solis in hys 90 partibus
erit declinacio umbre gnomonum ad partem meridiei / et cum fuerit transitus
solis et ipse in 240 partibus residuis erit declinacio umbre ad partem sep-
tentrionis / et erit umbra equalitatis 14 partes et medietas et quinta partis / et
umbra estiva vii partes et medietas et quinta partis / et umbra hyemalis 41
partes / secundum quantitatem qua gnomones sunt 60 partes | De sexta

6 Linea vero equidistans sexta est in qua est longitudo diei longioris
13 hore et quarta hore / et eius elongacio ab equatore diei est
23 partes et 18 minuta / descripta super thebaim que est est ex lineis
in quibus umbra meridiei declinat ad utraque latera / et obumbrat sol super
summitate capitum eorum qui sunt sub ea bis in anno. Et nec gnomones in
medietatibus diei habebunt umbram cum fuit elongacio solis a tropico
estivali ad utraque latera 21 partes. Quando cum fuit transitus solis et ipse in hys

et medietas

·62· partibus / erit declinatio umbre gnomonum ad partem meridiei / et cum fuerit transitus solis et ipse in 298 partibus residuis / erit declinatio umbre gnomonum ad partes septentrionis / et erit umbra equalitatis 22 partes et 30 minuta / et umbra estiva 3 partes et medietas partis et quarta partis / et umbra hyemalis 48 partes et due tertie partis / secundum quantitatem qua erunt gnomones 60 partes. De 7ma.

Dubitatur utrum dispositio equalis est magis declinans umbra semel in anno declinaret et umbra meridiana nunquam declinat ad meridiem

Linea equidistans septima in qua est longitudo diei longioris 13 hore et medietas hore / et eius elongatio ab equatore diei 23 partes et 41 minuta et 20 secunda / descripta super Syenen / Syenem. et ista est prima linea equidistancium in quibus umbra meridiei declinat ad partem meridianam / neque unquam erit declinatio umbre gnomonum eius qui sunt sub ea ad partem meridiei. Verumtamen sol obumbrat super summitatem corporis capitum in tropico estivo tantum et non habebunt tunc gnomones in medietatibus diei umbram / eo quod spacium huius linee ab equatore diei est sicut tropica estivalis ab eo. In reliquis non lineis erit declinatio umbre gnomonum in medietatibus diei semper ad partem septentrionis / Erit quidem umbra equalitatis sub hac linea 26 partes et medietas partis et umbra hyemalis 64 partes et medietas et tertia partis / estas vero non habebit umbram / et in omnibus lineis equidistantibus que sunt ad septentrionem ab hac linea usque ad lineam que terminat regiones habitabiles declinabit umbra gnomonum in medietatibus diei ad partem septentrionis. Et neque gnomones in eis unquam erunt in medietatibus diei absque umbra / neque umbra unquam declinat ad partem meridiei. Sed est eius declinatio semper ad partem septentrionis quia sol nunquam obumbrat perpendiculariter super summitatem capitum corporum. De octava. 1ma

Linea equidistans 8va est in qua est longitudo diei longioris 13 hore et medietas et quarta hore / et eius elongatio ab equatore diei est 26 partes et 41 minuta descripta super Alexandriam / et umbra estiva 3 partes et medietas partis / et umbra equalitatis 30 partes et medietas et tertia partis / et umbra hyemis 98 partes et sexta / secundum quod gnomones erunt 60. De 9na. Dici

Linea equidistans 9na est in qua longioris diei longitudo est 14 hore / elongatio ab equatore diei 30 partes et 22 minuta descripta super infimum terre Egipti / umbra estiva 9 partes et medietas et tertia / et umbra equalitatis 34 partes et 12 / et umbra hyemis 83 partes et 12ma. De 10a. 8va

Linea equidistans 10ma est in qua longitudo diei longioris 14 hore et quarta hore / et eius elongatio ab equatore diei 33 partes et 18 minuta / descripta super medium terre / et umbra estiva 10 partes / et umbra equalitatis 39 partes et 3a et medietas partis / et umbra hyemalis est 90 partes et 12 secundum quantitatem illam. De 11ma. In alio sexta et medietas 3e partis

Linea equidistans 11ma est in qua longitudo diei longioris est 14 hore et medietas / et eius elongatio ab equatore diei est 36 partes descripta In alio et medietas sexte

In alio et medietas sexte

In alio medietas sexte

·10·

11

supra insulam rhodum / et umbra estiua est ·12· ptes et medietas et tertia et medietas sexte ptis / et umbra equalitatis ·43· ptes et medietas et decima ptis / et umbra hyemal ·103· ptes et tertia / de 12ma

·12· Linea equidistans 12a est in qua longitudo diei longioris ·14· hore et ·3· quarte / et eius elongacio ab equatore diei ·38· ptes et ·54· minuta / descripta sup̄ sambret / et umbra estiua ·14· ptes ~~et due~~ ~~tertie~~ / et umbra equalitatis est ·41· ptes et medietas et tertia / et umbra hyemalis 118 ptes et [illegible] et 3a medietas sexte / de 13a — in aliо: Et medietas et quinta [illegible] ·96· — et medietas et quinta

·13· Linea equidistans 13ma est in qua longitudo diei longioris est 14 hore et eius elongacio ab equatore diei 40 ptes et 56 minuta / descripta sup̄ (seminitas) sinnitas / et umbra estiua ·18· partes et medietas / et umbra equalitatis ·42· ptes / ~~et medietas~~ / et umbra hyemalis 124 ptes et medietas et tertia / de 15a — In alio: Et sexta ptis 4te

·14· Linea equidistans 15a est in qua est longitudo diei longioris 14 hore et quarta / et eius elongacio ab equatore diei 43 ptes et 4 minuta / descripta sup̄ [illegible] / et umbra estiua ·20· ptes et medietas et 3a ptis / et umbra equalitatis ·44· ptes et medietas et tertia et medietas sexte ptis / et umbra hyemal 138 ptes et quarta / de 15a

·15· Linea equidistans quinta decima est in qua est longitudo diei longioris ·14· hore et medietas / et eius elongacio ab equatore diei ·44· ptes et ·1· minutum / descripta sup̄ medium malisintas / et umbra estiua ·23· ptes et quinta / umbra equalitatis ·60· ptes / et umbra hyemal ·144· ptes et ·12· secundum quantitatem qua erunt gnomones 60 partes / de 16 — In alio: Et medietas sexte

·16· Linea equidistans ·16a· est in qua longitudo diei longioris est ·14· hore et ·3· quarte / et eius elongacio ab equatore diei 46 ptes et ·51· minuta / descripta sup̄ fontes fluminis astor / et umbra estiua 24 ptes et medietas / et umbra equalitatis ·63· ptes et medietas et tertia et medietas 6te / et umbra hyemal ·171· ptes et (tertia) medietas ptis / de 17a — In sexta minuta

·17· Linea equidistans ·17· est in qua est longitudo diei longioris ·16· hore / et eius elongacio ab equatore diei ·48· ptes et 32 minuta / descripta sup̄ egressiones baristernis / et umbra estiua est ·27· ptes et medietas / et umbra equalitatis 67 ptes et medietas et tertia / et umbra hyemal 188 ptes et medietas / ~~et medietas~~ (et 3a et 3a 4te) none / de 18ua — In alio septuaginta et una pars

·18· Linea equidistans ·18· est in qua longitudo diei longioris est ·16· hore et quarta / et elongacio eius ab equatore diei ·50· ptes et 10 minuta / descripta sup̄ medium meotide paludis / et estiua umbra 29 ptes et ~~medietas~~ ·2· 3e et medietas ~~71 ptes~~ 6te / et umbra equalitatis ·71· ptes et due tertie / et umbra hyemal 210 ptes et tertia ptis secundum illam quantitatem / de 19 — In alio: ~~Medietas et tertia ptis~~

·19· Linea equidistans ·19· est in qua est longitudo diei longioris ·16· hore et medietas / et eius elongacio ab equatore diei ·51· ptes et medietas

iii equalis magis meridianam

Descripta super partem medietatis britannie / umbra estiva 31 partes et tertia
et medietas sexte / et umbra equalitatis 74 partes et medietas et medi-
etas sexte / et umbra hiemalis 229 partes et due tertie / de 20.

equalis et tertia

Linea equidistans 20 est in qua longitudo diei longioris est 16 ho- ·20·
re et 3 quarte et eius elongatio ab equatore diei 52 partes et 40 mi-
nuta / descripta supra egressiones rubri / umbra estiva 33 partes in fluvii
et quarta / umbra equalitatis 79 partes et medietas sexte / umbra hiema-
lis 241 et 30 minuta secundum illam quantitatem / de 21.

equalis et septima partis

Linea equidistans 21 est in qua longitudo diei longioris est 17 hore et ·21·
elongatio eius ab equatore diei est 52 partes et 1 minutum / descripta
super egressiones tamesis / et umbra estiva 35 partes et medietas et tertia et
medietas sexte / et umbra equalitatis 81 partes et medietas et medietas sexte /
et umbra hiemalis 208 et medietas et quarta / de 22.

Linea equidistans 22 est in qua est longitudo diei longioris est 17 ·22·
hore et quarta eius elongatio ab equatione diei 54 partes descripta
super brigantas britannie maioris / et umbra estiva est 36 partes
et quarta / et umbra equalitatis 84 partes et due tertie partis / et umbra
hyemalis 309 partes et medietas partis / de 23.

Linea equidistans 23 est in qua est longitudo diei longioris 17 hore ·23·
et medietas / et eius elongatio ab equatore diei 55 partes / descripta
super medium britannie maioris / et umbra estiva 37 partes et due
tertie / et umbra equalitatis 88 partes et medietas et tertia / et umbra hy-
emalis 344 et tertia secundum predictam quantitatem / de 24.

Linea equidistans 24 est in qua longitudo diei longioris est 17 hore ·24· equalis
et 3 quarte / et eius elongatio ab equatore diei 57 partes / descripta super et sexta.
catoronum britannie / umbra estiva 39 partes et medietas partis / et equalis
umbra equalitatis 92 partes / et umbra hyemalis 391 partes et due tertie et tertia et me-

equalis in septentrionem

Linea equidistans 25 est cuius longitudo longioris diei est 18 hore dietas sexte partis ·25·
/ et eius elongatio ab equatore diei 58 partes / descripta super medietatem
britannie minoris / umbra estiva 40 partes et due tertie / umbra equa-
litatis 96 partes / umbra hyemalis 519 partes et medietas sexte secundum illam
quantitatem / de 26.

Linea equidistans 26 est in qua longitudo est longior diei 18 hore ·26·
et medietas / et eius elongatio ab equatore diei 59 partes et medi-
etas partis / descripta super britanniam minorem. Hec que de proportione
umbrarum secundum quantitatem dierum.

Nos autem non possumus hic supplere horarum cum augmento quar- possumus
te et quarte unius hore propter coangustationem que est inter
lineas et propinquitatem aliarum ad alias. Et nos superfluo cum altitu-
dinis post non complectitur pars una / et non oportet ut sit Corrige

spacio mai in hijs quorum elongacio accrescit ad septentrionem / sicut est quorum
lutionis ~~ab occidente~~ ab oriente quod est a z. ad k. tunc econtrario illius erit
motus minor in longitudine longiori qui motus stelle est contra motum
orbis revolutionis Postquam ergo hec ita sunt premissa post hec et dicta
quod quarumdam stellarum habuerint duas diversitates possibile est hos duos modos
componi in ea quemadmodum demonstrabimus illud in libro nostro de ea cum
pervenerimus ad locum eius Sed quarum autem fuerit non nisi diversitate
una unus duorum modorum sufficiet iam nobis in ea Omne enim quod apparet
in uno duorum modorum reperitur non est contrarium quod sit in altero Quando autem apparet
in utrisque modis simul sit unde sed cum fuerit secundum modum centri egredientis
proportio spacii quod est inter duo centra quod est spacium aspectus oculorum a centro
egrediente ad longitudinem centri egredientis ab orbe suo equalis
proportioni longitudinis centri orbis revolutionis ab orbe suo ad longitu-
dinem centri orbis super quem revolvitur orbis revolutionis ab orbe suo
Et etiam in tempore in quo erit motus stelle in orbe eccentrico ab occidente ad
oriente orbe eccentrico fixo immobili in equali tempore erit motus centri
orbis revolutionis in orbe cuius centrum est aspectus oculorum ab occidente ad
oriente Et in equali etiam illius tempore erit motus stelle in orbe
revolutionis Sed eius motus localis erit a longitudine longiori ab
oriente ad occidente Et postquam hoc ita est demonstrabo breviter et quod

Secundum modum orbis eccentrici minor est motus
apparens ad longitudinem longiorem et maior ad longitudinem propinquiorem
secundum vero epicicli modum ad utraque utrumque potest accidere

Geber libro suo 3° post principium vel ita demonstrat
e. d. sic Cum fuerint proportiones similes et fuerint motus
in circulis equales sicut sit proportio linee que est inter
duo centra in radice egredientis centri ad medietatem
diametri eius sicut proportio medietatis diametri orbis revolutionis
ad medietatem diametri orbis deferentis cum cuius centrum est
centrum orbis signorum Et ut sit motus stelle in orbe
revolutionis equalis motui centri orbis revolutionis
super circumferentiam deferentis etc.

4 · Maxima diversitas apparentis motus in circulo signorum ad motum medium in ecentrico colligitur in directo puncti circuli signorum medii inter utramque longitudinem. Hoc manifestum, quia apparens peragracio circuli signorum unius quarte scilicet a longitudine longiore ad punctum medium maioris temporis est, et peragracio alterius quarte a puncto medio ad longitudinem propiorem minoris temporis est. Et diversitas huius temporis ad illud et illius ad hoc est sicut diversitas collecta motus apparentis ad motum medium duplicata

equalem



paucissimis verbis quod totum quod apparet est in utrisque modis equale. Deinde post illud ostendit per vias conputacionis diversitatem motus solis. Et dico primum quod in unoquoque duorum modorum erit diversitas maior que est inter motum medium et motum qui apparet, diversus aput distanciam stelle medium intellectum cum invenitur cuius cursus a principio motus sui a longitudine longiore usque quo secat quartam orbis signorum. Et quod tempus quod est a longitudine longiore usque ad hunc transitum medium quem nominamus est longius tempore quod est a transitu medio usque ad longitudinem propinquiorem. Secundum ergo primum modum centri egredientis similiter erit semper. Secundum secundum modum orbis revolucionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiore in orbe revolucionis ab oriente ad occidentem, erit tempus quod est a motu minore ad motum medium longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem, eo quod in unoquoque duorum modorum erit motus minor in longitudine longiore. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe revolucionis a longitudine longiore ab occidente ad orientem, erit motus stelle a longitudine longiore contrario eius, scilicet erit tempus quod est a motu maiore ad medium longius tempore quod est a motu medio ad minorem, quia motus maior est in longitudine longiore. Describam itaque stelle primum orbem cuius centrum super quem sint a b g d super centrum e et dyametrum a e g et ponam in dyametro centrum orbis signorum quod est apparens oculorum super quod sit nota z, et faciam transire per z lineam ortogonalem super dyametrum a e g, et super quam sint b z d. Sitque stella super duas notas b d ad hoc ut sit spacium centri quod inde a duobus finibus usque ad punctum a quod est longitudo longior quarta circuli. Demonstrabitur ergo tunc quod diversitas maior que est inter motum medium et motum diversum est aput duas notas b et d. Protraham ergo duas lineas a b et e d. Iam hoc ergo declaratum quod proporcio anguli e b z ad quatuor angulos rectos est sicut proporcio arcus diversitatis ad totum circulum. Nam angulus a e b est sub arcu motus medii, et angulus a z b est sub arcu eius quod apparet ex diversitate, et superfluum quod est inter eos est angulus e b z. Et dico quod non erigitur alius angulus qui sit maior uno quorum horum duorum angulorum in circulo a b g d super lineam e z. Erigantur ergo duo anguli aput punctum t et punctum k, qui sit angulus e t z et angulus e k z. Et protraham duas lineas t d, k d. Et quia in omni triangulo linea longior subtenditur angulo maiori [per 18 primi Euclidis], et linea t z [per 3am propositionem 3ii] est longior z d, erit angulus t d z maior angulo d t z. Sed angulus e d t est equalis angulo [per 4 primi] e t d, quoniam linea [quasi semidiameter] e d est equalis linee e t, ergo angulus e d z qui est [per 4 primi] equalis angulo e b z erit maior angulo e t z. Et quia eciam linea d z est longior [per 7am 3ii] linea k z, erit

Iuxta medium epicicli cum est in calculo longitudinis propinquioris fiunt motus epicicli in contrario et stelle in epiciclo similiter motus ad longitudinem longiorem minor, maior diversitas motus diversi ad motum medium colligitur. Cum apparuit distancia stelle a longitudine longiore quam . . . declinacio quod ipsius peragracio unius quarte ab auge maioris temporis sit et peragracio alterius quarte ad augem oppositam minoris temporis, sit quod diversitas duorum temporum sit . . . diversitas maior diversi motus ad motum medium. 6.

angulus z. k. d maior angulo z. d. k. [per 18 primi euclidis] Totus autem angulus e. b. d. est equalis toti angulo a. d. k. quoniam linea e. k. etiam est equalis linee e. d. Ergo angulus a. d. z. residuus qui est equalis angulo e. b. z. est maior angulo e. k. z. Non est ergo possibile ut erigantur anguli alii maiores hiis duobus angulis secundum modum quem proposuimus apud duo puncta b. d. Iam ergo declaratum est tunc hoc quod arcus a. b. qui est tempus quod est a motu minore [illo signorum] ad motum medium est longior arcu b. g. qui est apud tempus quod est a motu medio ad motum maiorem per duos arcus qui videntur extremitate. Quoniam angulus a. e. b. est maior angulo e. z. b. per angulum e. b. z. et angulus b. e. g. est minor ipso [e z b] per ipsum [e b z] Et hoc est quod voluimus. Secundum de epiciclo quoad medium ... 6

Ad hoc vero ut declaretur [et] quoniam motum illum quod ea que accidunt similiter recipiuntur in eo [secundum epiciclum] describam circulum cuius centrum sit centrum mundi super quem sint a. b. g. super centrum d. et diametrum a. d. b. et orbem revolucionis qui revolvitur super ipsum et cuius superficies super quam sint e. z. h. super centrum a. Et sit stella super punctum h. cum videatur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli [scilicet 30]. Protraham autem duas lineas a. h. et d. h. g. Dico ergo quod d. h. g. contingit orbem revolucionis et quod apud illum erit diversitas maior que est inter motum medium et diversum. Et quia motus medius qui est a longitudine longiore continetur ab angulo e. a. h. propter hoc quod motus stelle in orbe revolucionis et motus centri orbis revolucionis in orbe a. b. g. sunt equalis velocitatis [scilicet proportionis]. Et diversitas que est inter motum medium et motum qui videtur [generatur] ab angulo a. d. h. Ergo manifestum est quod superfluum quod est inter duos angulos e. a. h. [et a d h] qui est angulus a. h. d. [qui] continet spacium quod videtur inter stellam et longitudinem longiorem [scilicet 30]. Et quia hoc spacium est quarta circuli erit angulus a. h. d. rectus. Quare erit linea d. h. g. contingens [epicicli 3 parte secundum quem] orbem revolucionis super quem sunt e. z. h. Arcus ergo a. g. est diversitas maior que est inter medium motum et motum diversum. Quare arcus e. h. qui est tempus quod est a motu minore ad motum medium secundum quod declaratum est hoc ex motu locali stelle in orbe revolucionis erit maior h. z. qui est tempus quod est a medio motu ad maiorem per duplum arcus [h k] a. g. Et cum protraxerimus lineam d. h. t. et linearimus a. k. t. ortogonaliter super lineam e. z. [quare sunt super equos angulos] erit angulus k. a. h. [per 32 primi] equalis angulo h. d. a. Et arcus k. h. similis arcui a. g. [scilicet k g] Et cum hoc arcu erit arcus e. k. h. maior quarta una et arcus z. h. minor quarta una cum eo. Et hoc est quod oportuit nos demonstrare. 2ª Secunda quod diversitas epicicli ... motum 2ª 6

Demonstrabimus autem per id quod narrabimus cum volumus comprehendere stacionem quod totum quod est in spaciis motuum scilicet motuum mediorum et motuum qui videntur et quod est inter eos superfluo quod est diversitas in temporibus equalibus est equale semper secundum veritatem quorumque duorum motuum





quare angulus e a g diferebat ab angulo a g d per angulum a. d. g. et quare a g d est rectus et e. a. k. erat rectus relinquitur quod e a g et a. g. d differencia est k. a. g. et per consequens differencia a. d. g. id est k a g et a. d. g. sunt equales

Medius motus ... sub angulo e a h et angulus maior differencia duorum motuum est a d h quare angulus motus diversi est angulus d h a ... quod cum a d h sit angulus differencie motuum et iste subtrahatur ab angulo e a h remanet angulus diversi motus a h d ... angulus e a h ... sibi oppositus a d h et d h a ... angulo differencie a d h dempto ab angulo motus medii e a h remanet angulus diversi motus scilicet d h a ... diversi motus angulus ... rectus ... angulus rectus ... g d h g ... epicicli cum a h ... epicicli et angulus a h d sit rectus ... per ... 3

... est ita assignatur ... m. p. a. super centrum d. diversis duabus diametris ... m. d. n et g d x ... punctum m sit longitudo longior et super centrum m sit arcus revolucionis f. g. et stella ... longitudine longiore ... stella ... a orbe revolucionis et centrum arcus revolucionis ... m ... ad punctum a. tunc ... stella ... in loco ... motus sit ... et tunc ... stella ... longitudine longiore ... m. g et tunc ... stella ... diversitas ... motum medium et diversum et tunc ... angulus e a h est equalis angulo e d f ... arcum ... linee a h et d f sunt equidistantes ... 29 ... anguli m. d. g et a. h. d. sunt equales ... angulus m. d. g. est rectus ... a. h. d. ... rectus ... z. d. h. t. contingit ... per 16 3ii ...

.A. Cum equales in proportione fuerint .z. motus scilicet motus stelle in eccentrico, motus epicicli in eccentrico, motus equationis stelle in epiciclo, fuerintque equalis magnitudinis eccentricus et concentricus atque semidiameter epicicli equalis distantie centrorum allorum circulorum, quia accidit circulis uni modorum accidit circulis alterius, quoniam par est motus medius par est diversus, una est diversitas motuum. Et ideo apparet stelle motus in circulo signorum

.. hoc totum



Et describam ad hoc circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum, super quem a b g, super centrum d. Et circulum alium equalem cuius centrum egrediatur a centro eius, super quem sint e z h, super centrum t, super diametrum unam ambobus communem, quam faciam transire super duo centra usque ad punctum e, quod est longitudo longior, super quam sint e a t d. Et dividam ex circulo a b g arcum secundum quantitatem quam voluerimus, super quem sint a b. Et describam orbem revolutionis super centrum b, et secundum longitudinem d t, super quem sint k z. Et protraham lineam d b k. Dico ergo quod stella in unoquoque duorum motuum in uno tempore vadit ad locum sectionis orbis eccentrici et orbis revolutionis sine dubio, qui est punctum z. Et arcus erunt tres similes: arcus e z orbis eccentrici, et arcus a b orbis signorum, et arcus k z orbis revolutionis. Et diversitas que est inter motum medium et inter diversum, et motum stelle qui videtur, de hoc toto est secundum duos modos causa re una, et similitudine una equaliter. Protraham ergo lineas z t, b z, d z. Erit igitur figura quadrilatera super quam sint b d t z. Et fiunt duo omnia latera eius opposita equalia: t z equale b d, et b z equale d t. Erit ergo quadrilaterum equidistantium laterum, scilicet b d equidistat z t, et b z d t.
(per 4 6ti et 2a p.)
(per 29am primi et 29 primi circuli)
Erunt ergo tres anguli equales: angulus e t z, et angulus a d b, et angulus z b k. Et quia ipsi sunt apud centra, erunt arcus qui subtendunt eis sunt similes: arcus e z circuli eccentrici, et arcus a b circuli orbis signorum, et arcus k z orbis revolutionis. Secundum ergo ambos motus in tempore uno vadit stella ad punctum z, et ad arcum orbis signorum quem iam videtur stella secuisse a longitudine longiore. Hoc vero sequitur ut sit quantitas diversitatis etiam in unoquoque duorum modorum una. Nos enim iam demonstravimus quod hec diversitas secundum modum orbis eccentrici continetur ab angulo d z t, et secundum modum orbis revolutionis continetur ab angulo b d z. Hii autem duo anguli sunt equales coalterni, propter hoc quod iam ostendimus quod z t equidistat b d. Et manifestum est quod illud in omnibus longitudinibus erit similiter. Quadrilaterum namque super quod sunt b d z t est semper equidistantium laterum. Et motus stelle localis in orbe revolutionis, et qui signat orbem eccentricum, cum fuerint proportionales in unoquoque duorum modorum similes equales. Demonstrabo autem quod quantitates arcuum similium et si sunt diverse quantitatum, tamen quod videtur in hiis que accidunt in eis equale est ei quod videtur in illis que sunt equalium quantitatum. Et ad huius exemplum reducam circulum cuius centrum sit centrum mundi, super quem sint a b g, super centrum d. Et sit diameter eius supra quam currit stella in longitudine longiore et propinquiore longitudine, super quam sint a d g. Et circulus revolutionis revolutus super centrum punctum b, cum remotio a longitudine longiore est arcus a b secundum quam quantitatem voluerimus, super quem sint e z. Ponatur vero stella in orbe revolutionis

Et quod superfluum inter motum equalem et inter motum diversum et visum stelle qui videtur sequitur utrosque in unoquoque duorum situm res similiter una et eadem

capitulum

.B. Et si inequalis magnitudinis fuerit eccentricus et concentricus diversimode proportionales fuerint corporis semidiametri ad distantiam centrorum ipsorum et semidiameter epicicli ceteris manentibus omnia similiter accident

secundum quantitatem arcus e z, qui monstratus est esse similis arcui a b. Propter hoc quod reversiones orbium sunt in temporibus equalibus. Protraham autem lineas d b e et b z et d z. Et propter hoc declarabitur quod duo anguli a d e et z b e sunt equales semper, et stella secundum hunc modum videtur super lineam d z. Et ...

Et dico quod secundum modum centri egredientis sit orbis ecentricus maior orbe a b g, cuius centrum est centrum mundi, aut sit minor eo, cum fuerint spheres similes tantum, et reversiones in temporibus equalibus, super lineam d z et videbitur stella. Describam autem orbem ecentricum quem ponam maiorem sicut diximus, super quem sint h t, et sit eius centrum k super dyametrum a g, et ponam ipsum etiam minorem super quem sint l m super centrum n. Et producam duas lineas d m z, d a l secundum rectitudinem usque ad t et ad h. Et protraham lineas duas t k, m n, et sit proportio d b ad b z sicut proportio t k ad k d, et sit proportio m n ad n d. Et angulus k t d est equalis angulo ~~m d z. Quia d a et b z et sit proportio m n ad n d. Et angulus b g d est equalis angulo m d z~~ quoniam d a et b z sunt equidistantes. Quare erunt anguli quibus latera proportionalia subtenduntur equales, scilicet angulus b d z et angulus d t k et angulus d m n. Linee ergo b d et t k et m n sunt equidistantes. Quare erunt anguli a d b et a k t et a n m equales. Et quia omnes sunt super centrum orbium, erunt arcus qui subtenduntur eis similes, arcus a b et arcus h t et arcus l m. Ergo in tempore uno secat orbis revolucionis tantum arcum a b. Stella autem secat arcum e z, et stella etiam secat ex orbe ecentrico arcum h t et arcum l m. Quapropter videbitur semper super lineam d m z t. Et in orbe revolucionis cum fuerit super punctum ~~etiam~~ z, et in orbe ecentrico maiore cum fuerit super punctum t, et in orbe ecentrico minore cum fuerit super punctum m, et similiter videbitur in locis omnibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Accidit autem in hoc ut cum stella fuerit visa secuisse duos arcus equalis longitudinis a longitudine longiore et longitudine propinquiore, tunc diversitas sit in utrisque ipsorum duorum locorum una. Et cum declaravimus talem secundum modum orbis ecentrici super centrum e, super quem sint a b g d, et diameter eius sit d e g, et posuimus aspectum oculorum super dyametrum a puncto z transeunte super ipsam usque ad punctum a, quod est longior longitudo, et protraximus super punctum z lineam sicut voluimus super quam sint b z d, et protraximus duas lineas e b, e d, tunc duo arcus super quos visa est stella pertransisse erunt et equales. Propter quod scilicet intelligi volumus quod anguli a z b, qui est longitudinis longioris, et anguli g z d, qui est longitudinis propinquioris, erit diversitas una, quoniam b e est equalis e d, et angulus e b z est equalis angulo e d z. Diversitas ergo que est quantitas arcus qui videtur est una, scilicet que subtenditur utrique duorum angulorum a z b et g z d. Eadem quantitate ergo illius.

Hec autem est propter hoc quod angulorum z d e, d m n, d t k quantitas nunc est recto quod sunt anguli diversitatis
... vel et ...



Et similiter tunc res in omnibus circulis



Stella in duobus punctis equalis situs oppositis posita in utroque modo ... cadit ut nulla est apparens ad duabus longitudinibus ... distantia. Et cadit ut nulla erit duorum motuum diversitas.

10 In epi. motu epicicli stella sup' via linea orit' mudi epicicli secando e directo in duabus locis secundum posita. cade vel nulla erit apparet eiusdem duabus longitudinibus in circulo signorum distancia et cade ut nulla erit motuum differencia :-





eo qui videtur apparere idem per quod sic intelligi volumus quod angulus ... ad est maior

Et postquam premisimus et disposuimus has res secundum hunc modum tunc iam oportet ut sciamus quod iam possibile est in diversitate etiam que videtur in sole ita ut ipsa sit vna et sit tempus quod est a minore motuum ipsius usque ad motum ipsius medium longius semper tempore quod est a motu eius medio usque ad maiorem motuum ipsius. Nos cum invenimus hanc intencionem etiam convenientem rebus que videntur ut sit res eius cursus secundum eam quam diximus ... posita. Sed non currit secundum viam posicionis orbis revolucionis nisi cum motus fuerit solis in arcu longitudinis sue longioris existentis ab oriente ad occidentem precedens. Conveniencius ergo est ut componamus hanc diversitatem ... a centro posita est ... radio planorum et compleatur motu uno et non motibus duobus. Et quia fuit precessit in hac intencione inveniendi proporcionem temporum receptam in egressione circuli solis a centro secundum quod apparet sit linee que est inter centrum orbis ecentrici et inter centrum quod est super aspectum quod est centrum orbis signorum ad lineam egredientem a centro orbis ecentrici et etiam super proporcionem orbis signorum reperiatur punctum orbis ecentrici quod est longitudinis longior. Abrachis etiam namque iam declaravit has res inveniendi studio non admixtione et permissione et hoc est quod ipse posuit tempus quod est ab equalitate vernali usque ad tropicum estivale .94. dies et medietatem diei.

Sequitur ergo ex hoc ut sit arcus longitudinis longioris qui est motus equalis maior arcu qui videtur qui est arcus qui continetur ab angulo a e z b et arcus propinquitatis propinquioris sit minor eo qui videtur qui est ille qui continetur ab angulo g z d in vnam et eandem superfluitatem. Propter hoc quod angulus a e b etiam est

maior angulo a z b in quantitatem anguli z b e et angulus g e d est minor angulo g z d cum angulo e d z.

arcus motus stelle a puncto a quod est longitudo longior maior motu medio. Et secundum quantitatem illius arcus erit arcus motus stelle a puncto quod est a puncto g quod est longitudo propinquior minor. Propter hoc quod angulus a e b est maior angulo a z b et angulus g e d minor angulo g z d et illud est quod oportuit nos declarare ...

Quod si signavimus circulum secundum modum orbis revolucionis cuius centrum sit centrum mundi super quem sint a b g super centrum d sitque diameter a d g et super orbem revolucionis sint e z h et sit super centrum a et protraxerimus a puncto d lineam rectam super quam sint d h z quomodo voluerimus et protraxerimus lineas duas que sint a z et a h fiet ut arcus a b sit etiam arcus diversitatis sive a z et a h et videatur eius longitudo. Cum fuerit stella super punctum z sive super punctum h et cum fuerit super punctum z erit longior a longitudine longiore in orbe signorum. Cum fuerit super punctum h erit longitudo eius a longitudine propinquiore cum fuerit super punctum h vna. Iam arcus qui videntur a longitudine longiore subtendit angulo d z a. Iam erit ostensum est quod angulus a d h est diversitas que est inter motum medium et motum visionis et arcus visionis qui subtenditur angulo z h a est ipse equalis motui medio qui est a longitudine propinquiore et diversitati visionis. Sed angulus d z a est equalis angulo z h a quoniam linea a z est equalis linee a h. Ex hoc ergo colligitur etiam ut sit diversitatem vna que est angulus a d b sit motus medius qui est apud longitudinem longiorem maior eo qui videtur. Per quod sic intelligi nos volumus quod angulus e a z est maior angulo a z d. Et motus medius qui est apud longitudinem propinquiorem sit minor angulo a h z et id est quod oportuit nos demonstrare. Et ...

Et arcus qui videtur appropinquitate propinquiori quod continetur ab angulo z h a et hoc est quod hic est etiam equalis angulo motus equalis qui est appropinquitate propinquiori et superfluitati que est propter diversitatem

Et postquam premisimus et quod prediximus de ea premittemus sermonem nunc de eis que videntur de diversitate motus solis. Propter hoc quod ipsa est vna. Et ponamus tempus quod est a motu minore usque ad motum medium longius tempore quod est a motu medio usque ad motum maiorem. Nos namque iam invenimus illud conveniens ei quod videtur et apparet. Iam ergo possibile est ut sit hoc secundum vnumquemque duorum modorum horum. Sed cum ipsum sit acceptum secundum modum orbis revolucionis non erit nisi cum fuerit motus localis solis in arcu longitudinis longioris ab oriente ad occidentem. Et convenientior duorum modorum quo investigatur summa diversitatis motus solis est modus orbis ecentrici eo quod ipse est manifestior et velocior et facilior et quod ipse est ex ipso motu et non est ex duobus. Et postquam oportet ut premittamus in hoc inquisicionem inveniendi proporcionis orbis ecentrici solaris per quod intelligi volumus proporcionem linee que est inter duo centra secundum centrum orbis ecentrici et centrum aspectus oculorum quod est inter centrum orbis signorum ad lineam que egreditur a centro orbis ecentrici usque ad orbem ipsius

Et ipsam super quam partem orbis signorum cadit punctum longitudinis
longioris orbis ecentrici. Nunc declarabimus illud. iam enim hoc manifes-
tum fuit Abrachis vehementi studio et posuit tempus quod est ab equa-
litate vernali usque ad tropicum estivalem 94 dies et medietatem diei
et quod est a tropico estivali usque ad equalitatem autumpnalem 92 dies et
medietatem diei. Propterea ergo que declaravit nobis ex hoc tantum demon-
strabitur quantitas longitudinis que est inter duo centra. quam diximus esse
unam 24 partem linee que progreditur a centro egrediente usque ad orbem
signorum. Et eius longitudo longior precedit tropicum estivum 24 partibus et
medietate partis secundum qualitatem qua est orbis signorum 360 partes. Nos
autem similiter invenimus duo tempora et harum duarum quantitatum et has propor-
tiones. Et hoc declarabitur nobis quod orbis ecentricus fixus est in loco suo
semper a duobus punctis equalitatis et conversionis. et ut non pretermitta-
mus dimittere hunc locum. Sed eius demonstremus scientiam in computatione po-
nemus eius declarationem per orbem ecentricum. et assumemus in declaratione
eius has causas apparentes et manifestas quas sunt sicut premisimus quod
tempus quod est ab equalitate vernali usque ad tropicum estivalem est 94 dies
et medietas diei. Et tempus quod est a tropico estivo usque ad equalitatem
autumpnalem est 92 dies et medietas diei. Nos quoque similiter repe-
rimus numerum dierum horum duorum spaciorum certificatione magis considerationum
de temporibus equalitatis et conversionis que estive quas consideravimus
in anno 463 post mortem Alexandri convenienter. Quoniam secundum diverti-
mus fuit equalitas autumpnalis in nono die mensis Athir post ortum
solis et equalitas vernalis fuit 7mo die mensis machir post medium diem aggregatum
gregavit ergo inter duas considerationes ex numero dierum 178 dies et quar-
ta diei et fuit conversio estiva 11ma die mensis mesir post mediam
noctem tunc mane fuit 12 dies mensis mesir. Aggregato ergo numero
dierum qui fuit ab equalitate vernali usque ad conversionem estivam 94 dies et
medietas diei et remanserunt de numero dierum qui fuit a tropico estivo
usque ad equalitatem autumpnalem que est post ipsum 92 dies et medietas

Describam autem circulum orbis signorum super quem sint dici etc.
a. b. g. d. supra centrum e. et describam duas eius diametros sese
orthogonaliter secantes et euntes super duo puncta conversionum
et equalitatum super quas sint a. g. b. d. Sitque punctum a. equalitatis vernalis et
punctum b. conversio estivalis et que sunt post hec sint sicut oportet.
Manifestum est ergo quod centrum orbis egredientis centri cadit inter duas
lineas e. a. et e. b. eo quod medietas circuli super quam sunt a. b. g. est lon-
gius tempus medietate anni quamquam secat et comprehendit arcum orbis centri
egredientis maiorem medietate circuli. et quarta super quam sunt a. b. est
longius tempus quarta b. g. et secat ex orbe egredientis centri et con-
prehendit arcum maiorem eo quod comprehendit quarta b. g. Et quod hoc est ita



.ii. Proportionem distancie inter centrum circuli signorum et centrum
solaris ecentrici ad semidyametrum ecentrici. Necnon i
tem ipsius partis circuli signorum directo sit longitudo longior ecentrici
deprehendere



ponam punctu z centru orbis egredientis / et protraham diametru
sup duo cent / et sup longitudinem longiorem / sup qua sint c z h /
/ et describam circulum orbis egredientis centri qui est solis sup centru
z / et scdm longitudinem quam voluerimus sup que sint t k l m / et
faciam transire duas lineas sup centru ~~centrum~~ z . etiam equidistan
tes duabus lineis a g / b d . supra una quaru sint n s q . eq
distante a g / et sup altam f . k . r . equidistante b d / a t et
ad lineam n s q protraham perpendicularem / sup quam sint t o p /
et a puncto k ad lineam f c r perpendicularem sup quam sint k u x
Et quia sol transeundo sup orbem t k l m p motu suu media secat
arcu t k / in 92 diebus et medietate diei / et secat arcu k l / in 92
diebus et medietate / et est eius motus medius in 92 diebus et medie
tate 93 ptes et fere 9 minuta / scdm quantitate qua circulus est 360
ptes / et in 92 diebus et medietate 91 ptes et 11 minuta / Erit ergo pro
t k l 182 ptes et 20 minuta / et erunt duo arcus t n / k q qui
sunt residui post medietatem circuli 2 ptes et 20 minuta / Unusquisque
ergo eorum erit due ptes et 10 minuta / duplu aut arcus t n est t p
/ ergo est quatuor ptes et 20 minuta / et erit eius corda 4 ptes et 32
minuta fere scdm quantitate qua erit diameter orbis centri egredie
tis 120 ptes / et eius medietas que est t o et est equalis c s erit due
ptes et 16 minuta / et etiam quia tota porcio t n f k / est 93 ptes
et 9 minuta / et t n due ptes et 10 minuta / et quarta sup quam
sunt n f 90 ptes / remanet arcus f k et tres et 44 minuta / et du
plum eius quod est k f x pars et 48 minuta / et eius corda que est k
u x erit due ptes et quatuor minuta scdm quantitate qua diameter
orbis egredientis cent est 120 ptes / et eius medietas que est k u et est
equalis z s est pars et duo minuta Iam nos ostensum fuit quod linea
c s est due ptes et 16 minuta / et media / et fuit linea z s pars una
et duo minuta / ergo scdm quantitatem qua erit corda c z 120 ptes
erit linea z s scdm eam 29 ptes et 36 minuta fere Et arcus qui
erit sup ipam orbis descripti sup triangulu c z s ortogonium
erit 29 ptes scdm quantitatem qua erit circulus 360 ptes / Angulus
ergo z c s erit scdm quantitate qua erunt duo anguli recti 360 ptes
29 ptes Et scdm quantitatem qua erunt quatuor anguli recti 360 ptes
erit 28 ptes et 30 minuta Et quia angulus z c s est apud centru orbis signorum
erit arcus b h qui est inter longitudinem longiorem et inter tropicum estivu
28 ptes et 30 minuta / et remanebit unaqueque duarum quartarum sup quas
sunt f r / et r n 90 ptes / unaquaque aut arcuum q l et t n est due
ptes et 10 minuta / et m r est tres et 44 minuta Ergo arcus l m
erit 86 ptes et 41 minuta / et arcus m t erit 88 ptes et 29 minuta
Sol uero secat hos 86 ptes et 41 minuta p motu suu medium in 88 diebus

Et quia cu coniunxerimus quod aggregatur ex multiplicatione
cuiusque earum in se erit equale multiplicationi c z in se
erit ergo longitudo linee c z 2 ptibus et 29 minuta
et medium fere 2 ... qua est linea que
est arcus egredientis usque ad eius orbem 60 ptibus
linea ergo que egreditur a centro egrediente
ad ipius orbem est equalis longitudini que est
inter duo centra 24 vicibus Et quia iam ostensum
est quod linea c z est due ptibus et 29 minuta et media
Et sunt linea 3 6 2 ...



et octava diei. Et secat 88 partes et 29 minuta in 90 diebus et octava diei fere. Propter hoc ergo videbitur sol secare arcum g d qui est ab equalitate autumpnali ad conversionem hiemalem in 88 diebus et octava diei. Et arcum d a qui est a tropico hiemali ad equalitatem vernalem in 90 diebus et octava diei fere. Iam ergo invenimus ex hoc quod diximus que[m]admodum dicto secundum similitudinem non habet quantitates. In Almagesti dicitur

Sequitur ut post mo[do] quanta sit maior diversitas que est inter motum medium qui videtur et motum qui videtur et apud que puncta sit hoc. Describam itaque circulum orbis egredientis centri supra quem sint a b g super centrum d et diametrum transeuntem a puncto a quod est longitudo longior super quam sint a d g et sit super ipsam centrum orbis signorum super punctum e et protraham a puncto e lineam ortogonaliter super lineam a g que sit e b et protraham lineam d b. Et quia secundum quantitatem qua erit linea b d que est a centro ad circumferentiam 60 partes erit d e que est inter duo centra due partes et 30 minuta. Ergo propter hoc d b ad d e est vicies quater tantum. Secundum quantitatem ergo qua corda b d erit 120 partes erit linea d e 5 partes. Et arcus qui erit super ipsam (scilicet lineam d e) circuli continentis triangulum b d e ortogonium erit quatuor partes et 46 minuta secundum quantitatem qua erit circulus 360 partes. Igitur angulus d b e secundum illas quantitates erit 4 partes et 46 minuta qui est angulus continens diversitatem maiorem. Et erit secundum quantitatem qua erunt quatuor anguli 360 partes due partes et 23 minuta. Et secundum illas quantitates erit angulus b e d rectus 90 partes. Et angulus equalis duobus angulis qui est angulus b d a manifestum est quod est 92 partes et 23 minuta. Et quia ipsi sunt apud duo centra scilicet angulus b d a apud centrum egrediens et angulus b e d apud centrum orbis signorum erit diversitas maior que est inter motum medium et inter motum visionis due partes et 23 minuta. Et erunt duo arcus apud quos erit illud scilicet arcus orbis centri egredientis qui est motus medius equalis erit 92 partes et 23 minuta a longitudine longiore. Et arcus orbis signorum qui est motus visionis diversus erit 90 partes sicut iam ostendimus. Ex eis autem que demonstravimus declarabitur quod diversitas maior erit in medietate orbis opposita huic medietati et motus qui videtur medius erit super 270 partes a longitudine longiore. Et motus equalis qui est super orbem centri egredientis erit a longitudine longiore etiam super 267 partes et 37 minuta. Et illud est quod oportuit demonstrare.

Ad hoc autem ut demonstremus etiam cum modum orbis revolucionis quod numeros quod quantitates ille sunt une cum proportiones sunt secundum quod diximus describam circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sint a b g super centrum d et diametrum a d g et orbem revolucionis super quem sint e z h super centrum a et protraham a d ad lineam contingentem orbem revolucionis super quam sint d z b et protraham lineam a z. Erit ergo in triangulo a d z ortogonio linea a d vigesies quater tantum quantum linea a z et secundum quantitatem qua erit diameter a d 120

Oportet ergo ut sit angulus d b e etiam qui continet maiorem superfluitatem diversitatis secundum partes quarum quibus duo anguli recti sunt 360 partes 4 partes et 46 minuta. Et secundum partes quarum quibus quatuor anguli recti sunt 360 partes 2 partes et 23 minuta et secundum has easdem partes

Capitulum 4

quia sit reducendo utrumque ad eandem denominationem scilicet 2 partes et 30 minuta et provenient 150 minuta et 60 partes et provenient 3600 dividatur maius per minus et provenient 24



13. Qualiter diversitas motus solis medii et motus diversi per notum arcum motus medii a longitudine longiori 2m primum modum invenitur ut licet manifestum. Et si notus fuit unus trium angulorum scilicet angulus diversitatis, angulus motus medii, aut motus diversi, quicumque fuerit reliqui duo erunt noti



Item
Etiam secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes erunt quatuor partes 46 minuta et secundum partes quibus 4or anguli recti sunt 360 partes erunt 2 partes et 23 minuta

Causa 4i et 3i de equationibus particularibus per diversitatem



Quare ille exponitur: invenimus quod linea d.t. est 120 partes sunt et ... triangulo d.t.k. et d.k. est corda arcus 60 ... que est 60 partes ... d.t. sunt est 2 partes et 30 minuta de partibus quibus semidiameter ecentrici est 60 partes et ... 120 ... 60 ... et 2 partes et 30 minuta ... 29 ... et dimidia ... et ... k.t. ... d.k. 14 minuta ... d.t. et residui ... et ... k.t.

Erit etiam distantia stelle a longitudine longiori et est equationis ... corda d.k. ... excentricitas ... t.d. ... d.k. ... et d.z. ... 120 ... k.z. ... et ... t.d. d.k. k.t. sunt ... corde ... trianguli ... d.k. ... quia d.k. sunt ponebam ... et nota ... erunt note ... z.t. ... et ... z.t. est semidiameter ... 60 ... z.t. ... t.d. 29 et z.t. sunt est semidiameter 29 ... 60 ... et dimidie ... t.d. ecentricitas

partes, erit a.z. etiam quinque partes, et arcus qui erit super ipsum orbis descripti super triangulum a.d.z. ortogonium erit quatuor partes et 46 minuta secundum quantitatem qua erunt orbis 360 partes. Angulus ergo a.d.z. erit due partes et 23 minuta secundum quantitatem qua erunt quatuor anguli recti 360 partes. Diversitatem ergo maiorem que est arcus a.b. iam invenimus quod convenit esse partes 2 et 23 minuta. Si arcus motus diversi qui subtenditur angulo a.z.d. ortogonio erit 90 partes. Et arcus motus medii qui subtendit angulo e.a.z. erit etiam 90 due partes et 23 minuta. Et propter hoc etiam erit arcus motus centri orbis revolutionis 92 partes et 23 minuta et illud est quod nos oportuit ~~demonstrare~~ declarare

Et quia ut possimus scire cognitionem particularem diversitatis motuum in omni hora demonstrabo etiam secundum unum quemque duorum motuum, cum scitus fuit aliquis horum arcuum positorum qualiter sciantur arcus reliqui. Describam ergo primum circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sunt a.b.g. super centrum d. et orbem centri egredientis super quem sunt e.z.h. super centrum t. et dyametrum transeuntem super centrum eorum et super punctum e. quod est longitudo longior super quem sunt e.a.t.d. et separabo arcum e.z. quem ponam primum verbi gratia 30 partes et protraham duas lineas z.d., z.t. et producam lineam z.t. usque ad k. et protraham a d. perpendicularem super lineam z.t.k. que sit d.k. Et quia arcus e.z. iam positus est 30 partes erit angulus e.t.z. qui est equalis angulo d.t.k. secundum quantitatem qua sunt quatuor anguli recti 360 partes 30 partes. Et secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes erit 60 partes. Arcus ergo qui est super d.k. erit 60 partes secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum d.t.k. ortogonium 360 partes et arcus qui est super k.t. qui est residuus ad complendam medietatem circuli est 120 partes et erunt earum corde scilicet corda d.k. 60 partes secundum quantitatem qua erit corda d.t. 120 partes et erit corda k.t. secundum illam quantitatem 103 partes et 55 minuta. Quare secundum quantitatem qua erit linea d.t. due partes et 30 minuta et linea z.t. que est a centro 60 partes erit d.k. 1 pars et 15 minuta et k.t. secundum eandem due partes et 10 minuta. Et quia cum coniunxerimus multiplicationem unius quorumque earum in se erit equalis multiplicationi z.d. in se erit corda z.d. 62 partes et 11 minuta fere secundum quantitatem qua fuit k.d. 1 pars et 15 minuta. Secundum quantitatem ergo qua erit linea z.d. 120 partes erit linea d.k. due partes et 24 minuta et arcus qui est super ipsam due partes et 18 minuta secundum quantitatem qua erit circulus continens d.z.k. ortogonium 360 partes. Quare erit angulus d.z.k. due partes et 18 minuta secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes. Et secundum quantitatem qua erunt quatuor anguli recti 360

Angulus differentie motus solis medii et motus diversi quoniam arcus motus medii ... epicicli ... et si motus fuerit ... angulorum motus medii motus diversi ... reliqui duo erunt noti

Angulus qui est a d b reliquus ...

partes, erit pars et 9 minuta. Illud ergo est diversitas qua erit ... et secundum illam quantitatem erit angulus e t z et 30 partes. Angulus ergo a d b reliquus cui subtenditur arcus a b orbis signorum erit 28 partes et 41 minuta. Iam vero declarabitur quod cum scitus fuerit angulus alius preter hunc angulum scientur anguli reliqui. Cum nos lineamus in simili huius forme perpendicularem a puncto t ad lineam z d super quam sint t l. Si enim fuerimus arcum a b orbis signorum notum qui subtenditur angulo b d a, erit propter hoc proportio linee d t ad lineam t l nota, sed proportio d t ad t z est nota. Ergo proportio t z ad t l est nota. Quapropter erit angulus t z d qui est diversitas notus, et e t z cui subtenditur arcus e z orbis centri egredientis notus. Et si nos fecerimus diversitatem notam que est angulus t z d erit similiter contrario. Et propter hoc erit proportio z t ad t l nota et iam scivisti proportionem z t ad t d. Quapropter erit proportio t d ad t l nota. Et scies ex eo angulum t d l cui subtenditur arcus a b orbis signorum et erit angulus e t z cui subtenditur arcus e z orbis centri egredientis notus.

Describam etiam circulum cuius centrum sit centrum d orbis signorum supra quem sint a b g super centrum d, et diametrum a d g, et orbem revolutionis secundum similitudinem alius, super quem sint e z h t supra centrum a, et dividam arcum e z que etiam ponatur 30 partes. Et protraham duas lineas z b d, et z a, et producam a z perpendicularem super lineam a e que sit z k, et quia arcus e z est 30 partes, erit angulus e a z secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes 30 partes et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 60 partes. Quapropter arcus qui est super z k erit 60 partes. Et arcus qui est super a k qui est reliquus ad complendam medietatem circuli erit 120 partes, et erunt eorum corde scilicet corda z k 60 partes secundum quantitatem qua diametrus est 120 partes. Et corda k a secundum illam quantitatem 103 partes et 44 minuta. Quapropter secundum quantitatem qua erit linea a z due partes et 30 minuta et a d que est a centro ad orbem signorum 60 partes, erit linea z k pars et 14 minuta. Et linea k a secundum illam quantitatem due partes et 10 minuta. Et tota k a d 62 partes et 10 minuta. Et quia aggregatum ex multiplicatione utriusque linearum z k et k d in se est equale d z in se, erit d z in longitudine 62 partes et 11 minuta secundum quantitatem qua fuit linea z k pars et 14 minuta. Secundum quantitatem ergo qua erit corda d z 120 partes erit linea z k due partes et 29 minuta. Et arcus qui est super z k due partes et 18 minuta secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum d z k orthogonium 360 partes. Quapropter angulus z d k erit due partes et 18 minuta secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes. Et secundum quantitatem qua erunt 4 anguli recti 360 partes





14 Qualiter declaratur motus solis medius et motus diversitatis cognito arcu motus medii a longitudine propiore secundum centrum eccentrici medium signorum. Et quomodo etiam declarabitur quod si notus fuerit quilibet secundum angulorum sive motus medii sive diversitatis sive directionis reliqui quilibet duo erunt noti



erit pars et 9 minuta. Ergo illud est diversitas a b et secundum illam quantitatem etiam est angulus c a z 30 partes, remanet ergo angulus a z d cui subtenditur arcus visionis qui est orbis signorum 28 partes et 41 minuta, et illud est quod iam invenit (vel concordat cum eo) ei quod iam ostensum est secundum modum centri orbis egredientis etc. Et similiter 24

Et similiter cum fuerit angulus alius notus erunt reliqui anguli noti. Sumus contrapositionis in similitudine huius forme perpendicularem a puncto a super lineam d z super qua sint a b. Et si postea posuerimus arcum visionis orbis signorum notum qui est anguli a z d, erit propter hoc proportio z a ad a b nota (quia diametri). Et propterea iam prius fuit facta proportio z a ad a d nota, erit proportio d a ad a b nota. Quapropter erit angulus a d b qui est arcus a b notus et illud est diversitas, et angulus c a z qui est arcus c z orbis revolutionis (quia diversitas est) erit notus. Et si nos fecerimus diversitatem notam scilicet angulum a d b e contrario, erit propter hoc proportio a d ad a b nota, et iam scivisti prius proportionem d a ad a z, erit proportio z a ad a b nota. Quapropter erit angulus a z d notus qui est arcus orbis visionis signorum, et angulus c a z qui est arcus c z (quia a d b quia est diversitas nota) orbis revolutionis erit notus. Et etiam in forma orbis centri egredientis hac, dividamus arcum h z a puncto h quod est longitudo propior centri orbis egredientis et ponamus ipsum notum scilicet 30 partes secundum illas quantitates, et protrahamus lineas d z b et t z et protrahamus perpendicularem a puncto d super lineam t z super qua sunt d k. Et quia arcus z h est 30 partes, erit angulus z t h secundum quantitatem qua sunt quatuor anguli recti 360 partes ~~erit~~ 30 ~~minuta~~ partes, et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 60 partes. Quapropter arcus qui est super lineam d k erit 60 partes secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum d t k orthogonium 360 partes, et arcus qui est super k t est residuum medietatis circuli, quod est 120 partes. Linee ergo que subtenduntur eis scilicet k d est 60 partes secundum quantitatem qua erit dyameter d t 120 partes, et corda k t secundum illam quantitatem erit 103 partes et 55 minuta. Secundum quantitatem ergo qua erit corda d t due partes et 30 minuta et corda t z que est a centro ad circulum 60 partes, erit linea d k pars et 14 minuta, et similiter t k erit due partes et 10 minuta. Et similiter residuum (eius vel k z) erit 57 partes et 50 minuta. Et quia aggregatum ex multiplicatione cuiusque duorum d k, k z in se est equale (quadrato) d z in se, erit longitudo d z ~~et~~ 57 partes et 51 minuta fere secundum quantitatem qua est d k pars et 14 minuta. Et ergo secundum quantitatem qua erit corda d z 120 partes, erit linea d k due partes et 34 minuta, et arcus qui est super ipsam erit due partes et 28 minuta secundum

Capitulum 14

secundum illas partes que sunt 30





16. Quia distancia motus sol. medii et motus diuersi proprie arcu motus medii z alonie propriore ex epicicli motu perueniret et iterum quo demonstrabit quod si motus fuerit unus duorum angulorum. motus medii. motus diuersi. uel differencia reliqui duo erunt noti



Caput

quantitatem qua erit circulus continens triangulum. d. z. l. orto-
gonium 360 partes. Quapropter erit angulus. d. z. l. due partes et 28
minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Secundum
quantitatem qua sunt quatuor anguli recti 360 partes erit pars.
et 14 minuta fere. Illud est ergo diuersitas et quia secundum illas quanti-
tates fuit angulus. z. t. h. 30 partes erit totus angulus b. d. g. qui
est arcus g. b. orbis signorum 31 partes et 14 minuta. Et secundum simi-
litudinem illius protraham lineam b. d. et producam super eam perpendicu-
larem a. t. que sit t. l. Si ergo nos posuerimus arcum b. g. orbis
signorum qui est anguli t. d. l. notum erit proporcio linee d. t. ad t.
l. nota. Et postquam iam sciuisti super proporcionem linee d. t. ad t. z.
erit proporcio z. t. ad t. l. nota. Quapropter sciemus angulum t. z. d. qui est
diuersitas. Et sciemus angulum z. t. d. qui est arcus h. z. orbis centri egre-
dientis. Et si nos fecerimus diuersitatem notam per quod scit intelligi uolu-
mus angulum t. z. d. sciemus per hoc econtrario proporcionem z. t. ad t. k.
Et quia iam sciuisti super proporcionem z. t. ad t. d. erit proporcio d. t.
ad t. l nota. Quapropter erit angulus t. d. l. notus qui est arcus b. g.
orbis signorum et erit ergo angulus z. t. h. qui est arcus h. z. orbis centri
egredientis notus etc. Secundum diuersitatem solis et medii epicicli

16. Et similiter in forma precedente circuli centrum cuius est centrum
orbis signorum et circuli orbis reuolucionis separabo arcum a puncto
t. et sit longitudo propinquior longior super quem sunt t. h. et sit quemad-
modum posuimus 30 partes et protraham duas lineas a. h. et d. h. b. z.
et producam perpendicularem a puncto h. super lineam a. g. que sit h. k. et
quia etiam arcus t. h. est 30 partes erit angulus t. a. h. 30 partes
secundum quantitatem qua sunt xxx anguli recti 360 partes et secundum quan-
titatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 60 partes. Quapropter
arcus qui est super lineam h. k. circuli continentis triangulum h. k. a. or-
togonium erit 60 partes secundum quantitatem qua est circulus 360 partes
Et arcus qui est super lineam a. k. residuus medietatis circuli erit 120
partes et erunt corde eorum scilicet corda h. k. 60 partes secundum quantitatem qua
erit dyameter a. h. 120 partes et corda a. k. secundum illas quantitates
erit 103 partes et 55 minuta. Secundum quantitatem ergo qua linea a.
h. erit due partes et 30 minuta et linea a. d. que est a centro
ad circulum 60 partes erit linea h. k. pars et 15 minuta et simi-
liter linea a. k. due partes et 10 minuta et linea k. d. residua 62 partes
et 10 minuta. Et quia aggregatum ex multiplicatione duarum
linearum est equale d. h. in se erit longitudo d. h. 62 partes et 11 minu-
ta fere secundum quantitatem qua fuit linea k. h. pars et 15 minuta.
Secundum quantitatem ergo qua erit corda d. h. 120 partes erit







corda .h. k. due ptes et 3x minuta / et arcus qui erit sup ipam duo ptes et 2a minuta scdm quantitatem qua erit circulus continens triangulum .d. h. k. ortogonium 360 ptes. Quapropter angulus .h. d. k. erit due ptes et 2a minuta scdm quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 ptes. / et scdm quantitatem qua sunt quattuor anguli recti 360 ptes erit pars una et 1x minuta fere. Illud ergo est quantitas diversitatis / et quia scdm quantitatem

·i· sunt 4 an^li rc̃i 360 p^e

huiusmodi angulus .h. a. k. est 30 ptes / erit totus angulus b. h. a. qui est arcus visionis orbis signorum 31 par^s et 1x minuta. Et conveniens est quantitati quam invenimus in orbe centri egredientis. 6^2

Et similiter cum protraheretur perpendicularis .a. l. sup lineam a. g. / et fecerimus arcum orbis signorum noti qui est anguli a. h. l. / erit propter hoc proportio a. h. ad .a. l. nota. Et postquam fuerit prius scitum proportionem .h. a. ad .a. d. / erit proportio .d. a. ad a. l. nota. Quapropter erit angulus .a. d. l. qui est arcus .a. l. notus / qui est quantitas diversitatis / et angulus .h. a. t. qui est arcus .t. h. orbis revolutionis erit etiam notus. / Et si nos etiam fecerimus arcum .a. l. qui est quantitas diversitatis notum qui est angulus .a. d. l. / similiter econtrario scivimus proportionem .d. a. ad .a. l. Et quia iam prius scitum proportionem .d. a. ad .h. a. scires proportionem .h. a. ad .a. l. Quapropter erit angulus a. h. l. qui est arcus visionis circuli orbis signorum notus / et angulus .t. a. h. qui est arcus .t. h. orbis revolutionis notus / Iam ergo claruit illud. 6

Capitulum 6^m de divisione tabularum portionum particularum diversitatis diversitatis

Postquam sit possibile per hoc capitulum ponere tabulas multas diversas per singulas portiones diversitatis / et motum investigaverimus / cognoscere eas et dividere ad ea que volumus / determinatione quantitatum equationis diversitatis et divisione eius qua brevissimo opere indigemus nos sufficere. / Ergo hoc ponere tabulas in quibus sunt quantitates diversitatis oppositae arcubus motus medii equalis propter facilitatem et levitatem illius in inventione / cum eas incubuerit necessitas / et propter hoc elegimus ut operaremur in divisione et separatione per prima capitula que narravimus nostrorum et computationis / scdm quod eorum processit declaratio cum lineis mensurationis. Et ut poneremus portiones arcuum motus medii cum quibus arcus portionum diversitatis / Dico autem sermone continuo / quod duarum quantitatum que sunt a duabus ptibus longitudinum longioris solis / et stellarum aliarum / cumque divisimus in 14^(ce) portiones equales / et fierent quelibet portio sex ptes / et quod quantitatum duarum que sunt a duabus ptibus longitudinis propinquioris divisimus in 30 portiones equales / et fiet quelibet portio earum tres ptes / quia quantitates superflue diversitatis que sunt arcuum qui sunt duarum quantitatum que sunt a duabus ptibus longitudinis propinquioris sunt maiores quantitatibus superflui

Diversitatis que est arcuum equalium eis qui duarum sunt quartarum que sunt a duabus partibus longitudinis longioris. Capitulum 11m de positione tabularum motus solis diversitatis.

Descriptionem tabularum diversitatis motus solis etiam quadraginta quinque versus in tabulis ponemus. In duabus autem primis partibus erit numerus partium 360 motus medii ab alanum(?) et ponam ut 44 arcus prime sint duarum quartarum que sunt a duabus partibus longitudinis longioris et ponendo ut 30 arcus reliqui sunt duarum quartarum que sunt a duabus partibus longitudinis propinquioris. In 3a vero parte erunt portiones diversitatis secundum augmentum et diminutionem unius cuiusque motuum medii et ita est tabularum lineatio.

Radix argumenti solis ad era nabuchodonosor 8 signa 24 gradus 14 minuta

Tabula	diversitatis	motus	solis	
Partes	motus	medii	diversitas motus solis	
partes	motus	partes	minuta	Dit ab alfonsi
6	354	0	14	
12	348	0	28	
18	342	0	42	
24	336	0	56	
30	330	1	9	
36	324	1	21	
42	318	1	33	
48	312	1	43	
54	306	1	53	
60	300	2	2	
66	294	2	8	
72	288	2	13	
78	282	2	19	
84	276	2	22	
90	270	2	23	
93	267	2	23	
96	264	2	23	
99	261	2	22	
102	258	2	21	
105	255	2	19	
108	252	2	18	
111	249	2	16	
114	246	2	13	
117	243	2	10	
120	240	2	7	
123	237	2	3	
126	234	1	59	
129	231	1	54	
132	228	1	49	
135	225	1	44	
138	222	1	39	
141	219	1	33	
144	216	1	27	
147	213	1	21	
150	210	1	14	
153	207	1	7	
156	204	1	0	
159	201	0	54	
162	198	0	46	
165	195	0	39	
168	192	0	31	
171	189	0	23	
174	186	0	16	
177	183	0	8	
180	180	0	0	

ia. Super fixa et certa radice temporis locum solis verum [?] assignare in loco determinato ut scita ad hoc relatione locus solis verus ad omne deinceps tempus et in omni loco nota inveniatur.



Capitulum octavum de scientia loci solis ex cursu medio

Postquam iam remansit equandi locum solis per motum eius medium cum inquisitione diversionis motuum eius in omni hora, demonstrabo illud et operabor in omnibus eis etiam in sole et in stellis aliis per considerationes magis subtiles et veraces in motibus eorum, et incipiam in hoc a principio regni Nabuchodonosor cum motibus quos iam demonstravimus. Plurimum namque quod apud nos pervenit ex considerationibus memorie commendatis antiquis non est nisi ab hoc tempore. Et describam ad huius exemplum circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sit a b g super centrum d, et circulum orbis centri egredientis qui est solis super quem sint e z h super centrum t, et diametrum que transit super duo centra et super punctum e quod est longitudo longior super quem sint e a h g, et sit punctum b orbis signorum punctum autumpnale, et protraham duas lineas b z d et z t, et producta linea z d et protraham super ipsam perpendicularem a puncto t que sit t k, et quia punctum b est principium libre, et punctum g est longitudo propinquior et est super 4 partes et medietatem partis sagittarii, erit arcus b g 64 partes et 30 minuta. Et angulus b d g qui est equalis angulo t d k erit 64 partes et 30 minuta secundum quantitatem qua quatuor anguli recti sunt 360 partes, et secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes erit 121 partes. Ergo erit arcus qui est super lineam t k 121 partes secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum d t k ortogonium 360 partes, et eius corda que est t k 109 partes [et 12 minuta] secundum quantitatem ergo qua erit linea d t 4 partes, et corda z t 120 partes, erit linea t k 3 partes et 33 minuta, et arcus qui est super ipsam 3 partes et 20 minuta secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum ortogonium z t k 360 partes. Ergo erit angulus t z d 3 partes et 20 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes, et secundum quantitatem qua erunt quatuor anguli recti 360 partes erit due partes et 10 minuta, et secundum eam erit angulus z d g 64 partes et 30 minuta. Angulus ergo b t z reliquus qui est z h orbis centri egredientis erit 62 partes et 20 minuta. Cum ergo sol fuit in equalitate autumpnali tunc ipse precedit longitudinem propinquiorem que est in 4 partibus et medietate partis sagittarii ex motu suo medio 62 partibus et 20 minutis, et elongatum a longitudine longiore que est in 4 partibus et medietate partis ~~et medietate partis~~ geminorum ex motu suo medio secundum continuitatem signorum 116 partibus et 40 minutis. Et post declarationem horum quia una ex omnibus considerationibus subtilissima et verissima fuit consideratio equalitatis autumpnalis in 17° annorum Adriani in die 20 mensis athir qui est tercius mensium egyptiorum post mediam diem

Vel a loco longitudinis longioris usque primum libre sunt 119 partes et 30 minuta et sunt addite 2 partes et 10 minuta quibus differt motus visionis a motu medio qui medius motus est [illegible]

duas horas fere equales, tunc manifestum est quod solis in ea hora per motum suum medium elongatio fuit a longitudine longiore in orbe eius egrediente secundum continuitatem signorum 116 partes et 30 minuta. Et aggregantur ex annis qui fuerunt a principio regni Nabuchodonosor usque ad mortem Allexandri 424 anni egyptii, et a morte Allexandri usque ad principium regni Augusti 292 anni, et a principio primi anni regni Augusti egyptiorum qui fuit in primo die mensis tut et in media die, eo quod equatio stellarum incipit a media die, usque ad 3ium annorum Adriani et ad diem 7 mensis athur qui est unus mensium egyptiorum post mediam diem per duas horas equales sunt 161 anni et 66 dies et due hore equales. Ergo a principio primi annorum Nabuchodonosor egyptiorum quod fuit in principio mensis tut in media die usque ad horam in qua fuit hec equalitas autumpnalis aggregantur anni egyptii 879 ~~et 49~~ et 66 ~~anni~~ dies et due hore equales, et erit motus solis medius in tempore huic equali post projectionem revolutionum integrarum 211 partes et 24 minuta fere. Cum ergo nos addiderimus super partes longitudinis solis a longitudine ~~longitudinis~~ longiore que fuit in consideratione equalitatis autumpnalis scilicet 116 partes et 30 minuta 360 partes revolutionis unius, et projecerimus ~~ex eo~~ ex eis quod aggregatum est ex eis 211 partes et 24 minuta que sunt superfluum quod est inter duo tempora, remanebit loca motus solis medii in principio primi annorum Nabuchodonosor in primo die mensis tut qui est unus mensium egyptiorum et in media die longitudo a longiore longitudine secundum continuitatem signorum per motum suum medium 264 partes et 14 minuta et illud erat in 25 minutis prime partis piscis. Capitulum nonum de computatione solis et sua certitudine loci eius.

Quociens voluerimus scire locum solis in quo quorum tempore quesito assumemus quod aggregatum est ex tempore loci solis usque ad tempus quesitum per horas Allexandrie, et mittemus illum numerum in tabulam motus medii et accipiemus partes que opponuntur portioni cuiusque eorum, et aggregabimus eas cum partibus loci solis 264 partibus et 14 minutis et projiciemus ex eo quod inde aggregatur revolutiones integras. Quod ergo remanebit ex partibus projiciemus ex loco 4 primi et medietatis partis geminorum qui est longitudo longior secundum continuitatem signorum, et ubi pervenerit numerus ibi dicemus solis locum per motum eius medium. Deinde assumemus illum numerum qui est temporis quod est a longitudine longiore usque ad locum solis per motum eius medium, et innittemus ipsum in tabulis equationis solis, et assumemus partes que opponuntur illi numero in area tertia. Cum ergo ceciderit numerus in area prima quod erit cum fuerit a 1 usque ad 180 projiciemus eas ex loco solis per motum eius medium. Et cum ceciderit numerus in area 2a quod est cum transierit 180 addemus illud super locum solis per motum eius medium et ita reperiemus locum solis secundum certitudinem et visionem. Capitulum

Anni a Nabuchodonosor usque considerationem ptholomei 879 66 dies 2 hore. Additur medius motus solis qui predicto tempori 330 partes et 94 minuta. Et ad hoc argumentum solis medium 264 partes et 14 minuta hoc est principium annorum Nabuchodonosor.

Cymotarides fecit quasdam considerationes anno Nabuchodonosor 264. Abrachis vero anno eiusdem Nabuchodonosor 622. Et Egimus 886 ptholomeus ut superius et inter alios.

Scilicet Philippi

scilicet philippi

id est superfluum quod continet tempora quod est inter duas horas

Et quia iam scivimus illud et invenimus in ipsis temporibus eorum que consideravimus de equalitatibus equalitatis autumpnalis considerationem vehementer investigatam scilicet quod ultimum possibile est fuisse in anno.

Orbis centri egredientis in hac equalitate autumpnali qua notavimus

scilicet ab ari[etis] principio

18. Dies cum sua[m] noct[e] inequales esse invicem vero comprobatur. Unde patet quosdam dies differentes dici quosdam mediocres.

10[m] De cognitione differentie scilicet que est inter diem unum et noctem eius et unum alterius et noctem suam

Quod autem videtur in sole solummodo primum est eius quod narravimus et sequitur illud ut addamus super ipsum quam paucissimis verbis quod convenit nos premittere de diversitate dierum cum noctibus suis scilicet diversitatem que est inter diem unum cum nocte sua et diem unum alterius cum nocte eius. Propter hoc quod quidquid narravimus de motu medio non fuit relatum nisi secundum superfluitatem equalem ac si dies cum noctibus suis essent equales equalium temporum. Non autem videtur ita. Nam non ignotum est nobis quod revolutio totius non est nisi secundum equalitatem super duos polos equationis dierum, cum duo principia sint a puncto et revertitur ad ipsum aut orbis orizontis aut orbis meridiei. Manifestum est ergo quod revolutio totius una est cuius principium est ab aliquo punctorum equatoris diei quod sit in linea orbis orizontis aut in linea orbis meridiei donec redeat illud punctum ad ipsum. Et unius diei et noctis eius secundum sermonem absolutum est tempus cuius principium est ab inceptione solis in puncto orizontis aut orbis meridiei usque ad reversionem solis ad illud punctum. Necesse erit igitur dies medius cum nocte sua tempus in quo elevantur ab orbe orizontis aut orbe meridiei tempora equationis diei 360 omnia que sunt revolutionis unius et augmentum eius quod elevatur cum ea et est cum 49 minutis que sunt de minutis unius temporis, et est secundum quod est cursus solis medius in die una. Dies vero diversus unus cum nocte sua est tempus in quo elevantur in orbe orizontis aut orbe meridiei tempora equationis diei 360 omnia que sunt revolutionis unius, et augmentum quod elevatur de temporibus cum cursu solis diverso in die una cum nocte sua. Fit ergo secundum equationis addita super 360 tempora necessario erit diversa non equalis propter duas causas quarum una est quod videtur de diversitate motus solis et altera quod portiones orbis signorum equales non elevantur ab orizonte neque transeunt orbem meridiei cum temporibus equalibus. Diversitas autem que est inter unum medium diem et diem unum diversum que est propter has duas causas erit in die una cum nocte sua non sensibilis. Cum vero aggregatur in diebus pluribus cum noctibus suis est sensibilis et manifesta. Primum autem diversitatis dierum que est propter diversitatem motus solis medii non erit nisi in unaquaque duarum medietatum orbis, quarum est inter duas longitudines medias in quibus est motus solis medius. Quod est quoniam illud quod est inter id quod aggregatur de temporibus dierum diversorum cum noctibus suis et inter id quod aggregatur de temporibus dierum mediorum cum noctibus suis erit quasi tempora et medietas et quarta temporis fere, aut addita super ea aut diminuta ab eis. Tempora autem que sunt inter augmentum super medium et diminutionem

Tempus cursus qui comprehendit super tempora revolutionis unius equationis diei que sunt 360 tempora et cum hoc super 49 minuta fere temporis unius quod est summa eius quod addit sol per motum suum medium

19. Causa inequalitatis dierum diversitas motus solis. Incipientes ab altera longitudine media incipit et ad oppositum desinit. Et differentia dici mediocris ad dies differentes maior cum collecta fuerit quo secundo diversitate magis motus medii et motus diversi perficitur.

20. Diversitas motu contingente dici mediocris ad utrumque invicem diversitatem requirere

21 Causa inequalitatis dierum ex inequali ascensione apud orizontem declinaciones accidit a quo loco incipiat vel desinat. Et diversitas tota cum collecta quolibet fuit quanta sit deprome.

ab eo sit duplum illius quod est nove tempora et dimidium temporis. Propter hoc quoniam quod videtur de transitu solis diversum cum fuit in medietate in qua est longitudo longior erit diminucio 3or tempora et medietas et quarta temporis. Et cum fuit in medietate orbis in qua est longitudo propinquior erit augmentum 3or tempora et medietas et quarta temporis.

21 Plurimum autem diversitatis dierum que est propter diversitatem eorum que elevantur et occidunt non erit nisi in unaquaque duarum medietatum orbis signorum. [In duabus medietatibus circuli contingentur esse duo puncta convexi? questionum]

Diversitas namque que est inter tempora equacionis diei que elevantur cum unaquaque harum duarum medietatum et inter id quod videtur de temporibus ideo equalibus est diversitas que est inter diem longiorem et diem breviorem et diem equalem. Et erit quod est inter tempora que elevantur cum unaquaque harum duarum medietatum diversitas que est inter diem et noctem longiorem et inter diem et noctem breviorem. [Per quod vult ut intelligatur medietas que est a capite cancri usque ad caput capricorni et medietas que est a capite capricorni usque ad caput cancri]

22 Plurimum autem diversitatis que erit propter diversitatem elevacionum in medio celi erit in duabus longitudinibus continentibus duo signa que ambo sunt aut a duabus partibus utriusque punctorum duorum tropicorum aut a duabus partibus utriusque punctorum duorum equalitatum. Diversitas autem que erit inter utraque corpora que sunt apud ambos tropicos et inter tempus equale erit x tempora et dimidium temporis fere. Sed diversitas que erit inter unumquodque corporum que sunt apud ambas equalitates et inter unumquodque corporum que sunt apud duos tropicos et inter tempus equale erit 9 tempora. Unum namque corporum minuit ex tempore equali et aliud addit super ipsum quantitatem est quod minuit primum. [Causa inequalitatis dierum ex inequali transitu apud meridianum puncturum et quarta punctorum equalium et tropicorum inter solsticialia et equinoctialia puncta dupliciter inter ea incipit et ad perfectionem quarte desinit. Et diversitas cum hinc collecta fuit spacio 4 temporum ostenditur] ·22·

Necesse ergo posuimus initium dierum et noctium in equacione computacionis locorum stellarum a medio celo et non ab elevacionibus solis neque ab occasibus ipsius. Diversitas namque que videtur apud orizontes possibile est ut sit in horis pluribus et non sit illud in omni loco. Diversificatur namque illud cum diversitate augmenti diei et diminucionis eius in unaquaque declinacionum [obliquitatum] spere. Diversitas vero que est in medio celi est una in omni loco neque augetur eius diversitas super id quod aggregatur de temporibus que aggregantur ex diversitate solis et elevacionibus medii celi. [Diversitas ex causis ambabus prout contingit simul per vicinitates singillatim ostendit et principium addicionis super diem mediocrem et principium diminucionis a die mediocri adinvenit] ·23·

24 Et plurimum diversitatis que erit ex aggregacione horum duorum modorum simul quorum diversitas est que est propter solem et ea que est propter medium celum erit in duabus longitudinibus in quibus est diversitas que est horum duorum modorum aut cum augmento simul aut cum diminucione simul. Locus autem diminucionis est a medietate aquarii usque ad finem libre et locus augmenti a principio scorpii usque ad medietatem aquarii. Propter hoc quod plurimum quod addit unaqueque harum duarum porcionum aut minuit propter diversitatem solis est tria tempora et due tercie temporis et propter medium celum 3or tempora et due tercie temporis fere donec sit plurimum quod aggregatur ex diversitate dierum cum noctibus suis aggregatum ex duobus modis simul in unaquaque duarum porcionum. Quod autem est inter ipsam et inter medium est octo tempora et tercia temporis que sunt medietas unius hore et una 18 pars unius hore. Quod autem est inter dies cum noctibus suis augmentatum et

18 24 Dies differentes in mediocritate et dies mediocres in differentes verte

Iam ergo oportet ut consideremus radicem solis in principio illius longitudinis dierum date et radicem ipsius in fine eius in qua parte orbis signorum in qua secundum motum suum equalem et secundum motum suum diversum

diminutum est duplum illius scilicet 16 temporum et due tertie temporis que
est una hora equalis et 4 hore. Hec vero quantitas cum dimissa fue-
rit in sole et stellis aliis non eveniet propter eius dimissionem quanti-
tas sensibilis in inquisitione earum in aliquo earum que inveniuntur in luna
autem propter velocitatem sui cursus erit diversitas manifesta sensibi-
lis erit quasi tres quinte unius partis. Ad hoc autem ut possimus dies 24
convertere cum noctibus temporales divisos datos qui sunt inequalibus duarum
medietatum duarum longitudinum scilicet qui sunt a medietate diei aut a
medietate noctis usque ad medietatem diei aut usque ad medietatem noctis
faciemus eos dies medios equales. Considerabimus quanta sit longitu-
do dierum cum suis noctibus que est inter locum primum notum in quo
fuit sol et inter locum eius secundum ad quem pervenit et in quo loco prin-
cipium orbis signorum fuit et ad quem pervenit precisum medium (i. precisum divisum)
Deinde post hec assumemus que ex partibus erit inter duo loca per motum
solis diversum qui videtur et mittemus eas in tabulas elevationum spere
recte et considerabimus quot tempora equationis diei quibus celum me-
diatum sit coram ipsis. Deinde assumemus quod superfluum erit inter illa tempora in-
venta et inter partes motus medii et videbimus quantitatem illius superflu-
ita sit unius hore equalis et separabimus ipsam. Cum ergo fuit illud te-
poris maior longitudine cursus motus medii addemus illud in dierum
cum noctibus suis positorum. Cum ille fuit minor minuemus ipsum ex medio
dierum. Quod ergo pervenit post augmentum vel diminutionem est quod comprehensum
est et conversum est ex diebus conversis (i. divisis) in dies equales cum noctibus
suis. Per hos ergo dies comprehensos equales computatur luna per motum
medium qui est in tabulis lune. Et ex hoc manifestum est nobis quod cum vo-
luerimus convertere dies medios equales cum suis noctibus in dies tempora-
les divisos cum noctibus suis assumemus augmentum illorum temporum
aut diminutionem ipsorum et operabimur per ipsum secundum conversionem eius que
narravimus. Fuit autem locus in quo fuit sol secundum computationem nostram
in principio annorum Nabuchodonosor in primo die mensis thoth qui
est ex mensibus egyptiorum in media die per motum eius medium sicut iam
ostendimus ante hec parum in 45 minutis quinte partis piscis et princi-
pium sui diversum in tertia parte et 8 minutis piscis. Fere completa
est dictio tertia almagesti. 4a de [illegible]

Cum addideris super annos iazdagard et menses et dies eius
9[illegible]2 annos et tres menses (8 et 11 dies) erunt qui pervenient anni Allex-
andri ex quos in canonem tenuit Allexandrini. Et cum addideris
annis iazdagard et mensibus eius et diebus 1379 annos et tres
menses erunt qui pervenient anni Nabuchodonosor qui sunt ex quos
invenies in hunc librum etc.

Sequitur suppositiones libri 4i. 1a Terra ad lune distantiam insensibilis quantitatis [illegible] ad speram lune non tenetur [illegible] /2.
Luna ab orbe signorum et ad meridiem et ad septentrionem declinat et ad orbem signorum revertitur /3. Circuitiones lune elongationis temporibus diversas
esse /4. Circuitiones lune latitudinis temporibus diversas esse /5. Luna in omni parte circuli signorum [illegible] motu [illegible] velociorem
[illegible] mediocrem [illegible] tardiorem /6. Umbra terre [illegible] a solis opposito soli [illegible] et equalis [illegible] /7. Luna a sole [illegible] lumen [illegible] /8.
[illegible] lune soli obviam [illegible] a sole illuminari /9. Umbra terre [illegible] eclipsis [illegible] /10. Luna soli et aspectui interposita defectus solaris
causa [illegible] suppositiones [illegible] philosophantium [illegible] alberti magni. Sequitur diffinitiones [illegible] 2a
Equalis lunatio dicitur reditus lune ad solem [illegible] motu medio /3. [illegible] equalis lunationis [illegible] /3. Locus verus lune
in celo est [illegible] lune [illegible] locus verus in circulo signorum [illegible] orbium
[illegible] orbis signorum et alius magnus orbis per polos circuli signorum et locum verum lune in celo [illegible] /4. Et latitudo lune
est arcus [illegible] magni [illegible] locum lune in circulo signorum et verum locum lune in celo [illegible] /6. Motus longitudinis [illegible] lune
in celo [illegible] signorum progressio /7. Motus latitudinis [illegible] circuli signorum et [illegible] declinatio lune elongatio /8. Motus [illegible]
est lune in epiciclo sive lune in [illegible] motu [illegible] ambulatio /9. Nodi sunt sectiones
circuli signorum et circuli declinationis lune /10. Caput [illegible] /11. Cauda [illegible] oppositus 27

[illegible]

Anni felis addunt sup annos xpi — 329 anos egipt et 131 dies — 0 22 38 26
Anni nabuch addunt sup annos felis — 418 anos egipt et 0 dies
Dra nabuch et mart allexa — 424 ani egipt

Dra nabuch et xpi 1.14.26.26. est fat 746 anos 310.1. dies 10 mens 6 dies bisext Egipcii vo 747 ani 131 dies

Serie annorum		Reductio era rum	Anni	mens	dies	
Primus dies annorum alexandri	2	Quod addunt anni alexandri super annos xpi	311	3	3	Anni et mens romani bisext.
Primus dies annorum felis	1	Quod est inter annos felis et annos jazdiiart (i. persarum)	899	3	0	Anni egipcii et mens non bisext.
Primus dies annorum nabuchodonosor	2	Quod est inter annos felis et annos arabum	884	3	26	Anni egipt
Primus dies annorum diluvii	4	Quod est inter annos diluvii et annos jazdiiart	3434	10	23	Anni egipt
Primus dies annorum arabum	4	Quod est inter annos nabuch et annos jazdi	1379	3	0	Anni egipt
Primus dies annorum jazdi	3	Quod est inter annos alexandri et annos arabum	932	9	14	Anni bisext.
Primus dies annorum diocletianos	4	Quod est inter annos xpi et annos arabum	621	6	17	Anni bisext.

Anni latini habent 364 dies et 1/4, sed egipcii habent 364 dies tantum et secundum hos annos ordinat ptholomeus tabulas suas de motibus

Et si volueris convertere annos egipcios ad annos xpi reduc primo annos egipcios ad 4 3 2 1 ptolomei annorum nabuch alfonsi deinde reduc 4 3 2 1 eadem ad annos ptolomei alfonsi annorum xpi etc.

Dictio quarta libri almagesti

Capitulum primum ex quibus consideracionibus oporteat esse investigacionem lune
Capitulum secundum de sciencia temporum consideracionum lune
Capitulum 3m de sciencia dividendi motus lune mediorum
Capitulum quartum de posicione tabularum in quibus sunt motus lunares medii
Capitulum 5m de duobus uno modo scilicet equalitatis et in orbe revolutis motibus lune significatis
Capitulum 6m de demonstracione diversitatis motus lunaris prime singularis simplicis
Capitulum 7m de equacione cursus lune in longitudine et diversitate
Capitulum 8m de sciencia locorum motuum lune mediorum in longitudine et diversitate
Capitulum 9m de equacione cursus lune medii in latitudine et principio eius
Capitulum 10m de posicione computacionis et tabularum et diversitatis lune singularis
Capitulum 11m quod quantitas diversitatis lune non est propter diversitatem duorum modorum sed propter diversitatem computacionis et fallacie in sermone Abrachis.
Capitulum primum ex quibus consideracionibus oportet esse investigaciones lune

Cap. 1^m^ [margin: Ca^a^ motus anni]

Postquam narravimus et demonstravimus in dictione que est ante hanc totum quod contingit in motu solis, et postquam volumus incipere post illud secundum quod sequitur loqui de motu lune videmus quod primum propter quod oportet nos inquirere illud ut non sit illud secundum temptaciones sed in comprehensione illius totius oportet ut assumamus demonstraciones que non ex longitudine temporum tantum sunt sed sunt ex eis et ex horis in quibus etiam fuerunt eclipses lunares per has namque recipimus tantum loca lune secundum veritatem. In toto enim quod videtur ex aliis consideracionibus que sunt aut ex loco lune a stellis fixis in cursu suo aut per instrumenta aut per eclipses solis. Possibile est ut sit error magnus propter diversitatem eclipsium (eclipsis quando est illa luna). In comprehensione autem partium illius (eclipsis lune) et divisionem eius per illas considerantes alias comprehenditur illud. Longitudo enim que est inter speram lune et inter centrum terre non est equalis longitudini orbis signorum ita ut sit quantitas magnitudinis apud ipsum sicut punctum. Necessarium est ergo ut non sit linea que producitur a centro terre quod centrum est orbis signorum et transit supra centrum lune usque ad dictos fines orbis signorum ad quem considerantur vere transitus omnium

[margin: Ex consideracionibus per quas oportet nos inquirere illud ut non sit id secundum temptacionem sed in reprehensione illius totius oportet esse ex consideracionibus]
[margin: lunarum]
[margin: per consideraciones]

[margin: Capitulo primo] Verus lune locus in celo vel in zodiaco signorum neque per consideracionem instrumenti in loco obliquato neque per consideracionem ex stellis fixis neque per solares eclipses deprehendi potest

2. Nos quia precessimus in tractatu qui est ante hunc super omnia que inveniuntur comitari in motu solis assumpsimus in hoc tractatu in eis que sequuntur illud et iunguntur ei ex sermone in luna primum ergo quod inducimus opponere ut ab eo incipiamus loqui in hoc est quod nos oportet ut sit in spacio considera cionum in hac intencione temptando in quotum inveniat. Sed oportet quod in rebus universalibus quarum inquirimus comprehensionem in eis ubi eligamus (i. eclipsium) per demonstracionibus eas que fuerunt antiqui temporis et preter hoc fuerunt assumpte cum consideracionibus earum que fuerunt in eclipsibus lune propter has enim solas potest inquisitor invenire loca lune secundum veritatem quod non est quemadmodum inveniens locus quem scimus propter cursum lune cum considerans sua ad stellas fixas aut per instrumenta aut per eclipses solis. Nam possibile est ut cadat error multus propter diversitatem aspectus que accidit lune. Quia eius autem que accidit ei ex rebus particularibus sed auxilia ut ad investigacionem de rebus suis particularibus est consideracio longitudo enim spere lune a centro terre quia non est quantitas eius sed quantitas longitudinis orbis signorum a centro terre propter quam sit sicut quantitas rei ex hanc longitudine sicut puncti

stellarum secundum rectitudinem in omni hora equalis linee que producitur a loco faciei terre scilicet linee aspectus aliorum que producuntur
usque ad centrum lune super quam videmus transitus lune visibilis. Cum
ergo fuerit luna supra summitatem capitis consideratoris tunc tantum erit
due linee una scilicet que protrahitur a centro terre et ab aspectu considera-
toris usque ad centrum lune et usque ad orbem signorum. Sed cum fuerit lu-
na inclinata quolibet modo a summitate capitis consideratoris diversi-
ficabunt se due linee et secabunt se secundum quantitatem declinationis lune.
Quapropter non erit cursus lune visibilis equalis vero, quoniam visus move-
tur et deprimitur ad locum post locum, locis quos separant linee que tran-

Motus est separatur quod videtur preterquam vere

seunt per centrum terre, super que cadit visus secundum quantitatem angulorum qui
sunt ex declinatione linearum et sectione earum linearum. Ex hoc ergo accidit
in eclipsibus solis que sunt propter transitum lune et tegumentum solis ab oculis
cum ceciderit in umbra pineali que est inter oculos et inter solem ut
fiant tenebre diverse a principio sui usque ad finem eius, neque sunt secundum
similitudinem unam in omni loco neque in magnitudine neque in temporibus
propter causas quas predixmus, quia luna per eas cooperit solem et erunt que ex
eo cooperiuntur loca diversa corporis eius. In eclipsibus autem lunaribus
nichil eorum accidit que contingunt propter diversitatem aspectuum lunarium.
Aspectus enim oculorum non est causa eorum que accidunt lune ex eclipsi.
Luna autem non illuminatur nisi a lumine solis. Sol ergo semper illu-
minat supra totam medietatem spere eius oppositam soli, et in quibusdam
temporibus videtur tota luna plena lumine, quoniam tunc medietas spere
eius illuminata est tunc tota inclinata nobis facie est ad nos versa. Cum
autem est oppositio lune et solis, in qua erit casus eius in umbra terre
pineali cuius revolutio semper contra revolutionem solis est, tunc tenebrabitur
et minuetur ex lumine eius secundum quantitatem qua cadit umbra ex
ea et tegit terra ex lumine solis ab ea. Quapropter videtur eclipsis lune
in omnibus finibus terre secundum similitudinem unam in quantitate eius, quod eclipsa-
tur in ea et in quantitatibus temporum eclipsis. Et propter hoc oportet in omnibus

Ergo oportet ... in fine inte[?] ... inquisitione ... loca eius ... non ea quod non ... nisi ... nos premittere ... eius ... vere diximus

que investigamus ex rebus lune ut premittamus inquisitionem locorum
lune verorum et non locorum eius apparentium secundum visum, eorum namque que
sunt equalia et similia et secundum mensurationem unam convenit et oportet
nos premittere narrationem in positionem eius ex e diverse mensurationis.
Et dico quod non convenit in inquisitione locorum lune verorum operatio considera-
torum eclipsim solarem, cum loca comprehenduntur [qui non possunt fieri de eclipsi solari] prius consideramus. Et
neque convenit nisi operatio consideratorum eclipsium lunarium tantummodo.
Non enim competens iuvatur [operatio considerationis eclipsis solis] in ea ad comprehendendum loca lune. Cum pro certo
erit sol orbis signorum medie eclipsis, est ea in qua est centrum lune
in oppositione solis in longitudine secundum veritatem. Manifestum est ergo quod

2 Vero loca lune plurimorum eclipsium consideratorum cognoscere est possibile

3 Tempus equalis [...] diversitatis [...] / [...] et tempus reductivum integre diversitatis / lune. Et primum tempus reductivum simile coniunctionis / vel oppositionis similis solis et lune [...] et / medii motus diversitatis. Et medii motus longitudinis / invenerunt 3

. Alia pars

Capitulum 2m de scientia temporum considerandi lune

centrum lune erit in parte opposita soli secundum veritatem in tempore
Considerationes quibus convenit investi || medie eclipsis 6
gare sententiam summe earum que contingunt in luna sunt
quas premisimus et posuimus exemplum earum aut quas op
an sunt antiqui | et eo quod suppleverunt demonstrationes et
quod voluimus discernere inter illud quod iam convenit de duobus
modis et inter id quod videtur secundum id quo planius et manifestius sit o
pere laborabimus declarare. Et quia luna videtur moveri secundum diversita
tem in longitudine et latitudine non secans orbem signorum omni hora in
temporibus equalibus | neque in transitu eius in latitudine usque ad reditum
reversionem in temporibus equalibus. Et necessarium est ut non sit possibile
invenire revoluciones alias absque inventione temporis reversionis di
versitatis lune. Luna vero iam videtur in omni parte orbis signorum
secundum species consideracionum moveri motu maiore et motu minore et
motu medio. Et videtur moveri inclinata ad duas partes linee (i. ecliptice)
orbis signorum ad longitudinem eius longiorem in septentrione
et meridie | et in medio linee orbis signorum. Convenit ergo antiquis
(mathematici) doctrinales perscrutari sunt tempus in quo movetur luna (2m) medium equale
semper in longitudine | propter hoc namque tantum possibile est equare di
versitatem lune | et posuerunt consideratores eclipsium lunarium propter cau
sas quas prediximus. Et cogitaverunt quod longitudo temporis et multi
tudo mensium sit equalis multis temporibus equalibus continens re
voluciones equales in longitudine | sive revoluciones integras cum quibus
sunt arcus equales. Verum autem hiis antiquis sunt antiquiores disper
sitione communiore et continuacione quod hoc tempus est ~~secundum mixta~~
6584 ——— dies et tercia diei | ipsi enim fere viderunt quod hoc complen(tur) (i. 9 medias)
223 menses | et quod reversionibus diversitatis (i. arcus medii) 239 reversiones | Et reversi
onibus latitudinis 242 reversiones | et quod revolucionibus (i. medii motus) cursus in longitu
dine 241 revoluciones et etiam (10 partes) ~~duas 3e~~ | et duas tercias partis | que sunt
partes | quas supplet sol in 18 revolucionibus huius temporis | et quod hec
reversiones non videntur nisi quod loco suo a stellis fixis | et nominave
runt hoc tempus continens | quoniam ipsum est tempus primum quod reducit
diversitates motuum ad reversionem unam fere. Et ut ipsi equarent hoc
tempus et facerent dies eius integros multiplicaverunt numerum dierum
eius in tres et facti sunt 19‸46 ~~100 et 45~~ dies et nominaverunt
illud circuitum. Et similiter multiplicaverunt numerum mensium et revolucio
num et reversionum cum tribus | et facti sunt menses 669 | et rever
siones diversitatis 717 | reversiones latitudinis 726 | Et revo
luciones cursus in longitudine 723 et etiam partes 32 quas supplet
sol in 54 revolucionibus in hoc tempore | Abrachis autem iam declaravit

[...] est ut cum non sit possibile / [inve]nire super tempus invento / [...] diversitas reditus / racio oportuit non est / possibile [...] super re / [e]quales revoluciones

In cursu equali movetur / luna semper in longitu / dine motu equali

Et intenderunt perscru / tari ubi invenirent in / eis spacium aliquod mensium / communis mensium cuius tempus / sit semper equale [...] / [...] quod sit eius quod [...] / le illi [...]acioni me / sium et contineat re / voluciones in longitu / dine equalium [...] / [...] aut inrectis aut / cum arcubus. Et illud / est quod ipsi viderunt quod / fere ex hac [...] dierum / integrarum

Et nos inquirimus narracionem nostram viam quam / incesserunt antiqui in exercere demonstracionum / in hoc et viam (nos) ~~intendimus~~ intendimus et / comprehendimus radices convenientes rebus / manifestis planiori acceptione

Aliquibus equalibus. Antiqui ergo priores tempore / antiquitate fuerunt estimaverunt sicut quod apparet

Et cum illis partibus quas addit sol et secat / in hoc tempore quod prediximus super revoluciones 18 / que sunt 10 partes et due 3e partis quoniam / hec reversio revolucionum non fiat in eis / nisi cum comparacione ad stellas fixas et no / minaverunt hoc tempus rotundum ideo quod ipsum / est primum tempus in quo redeunt species motuum re / versione una. Et quia voluerunt ipsum ponere / cum diebus integris multiplicaverunt 6000 / et 400 et 84 dies et 3a diei in tribus / et facti sunt numeri dierum

Cum hoc partes quas addit et secat sol in / 54 circulis que sunt 32 partes preter reddit / Abrachis et descripsit illud. et ostendit propter / computacionem consideracionum Chaldeorum et consi / deracionum que fuerunt in tempore suo quod hec causa / non sunt vere quod ideo est quod ipse declaravit ex con / sideracionibus quas ipse posuit quod numerus mensium dierum / in quo fit revolucio semper et reddit tempus e / clipsis in mensibus equalibus et motibus equali / bus est

Nota ubi dicit Et sunt partes quas supplet sol. Nota sol in eo / tempore videlicet in 6484 diebus et 8 horis complet circulum 18 vi / cibus et cum hoc videlicet ultra illas revoluciones vadit per 10 gradus / et 40 minuta que sunt due 3e partes ut patet calculanti

tunc intellexit ex considerationibus suis et considerationibus talibus / quod hoc tempus et menses et revolutiones et reditiones / non sunt secundum
veritatem. Ipse enim demonstravit per ea que posuit ex revolutionibus
quod numerus primus qui est dierum in quibus eclipses semper sunt in equalibus in [^1]
mensibus et motibus equalibus [motibus] particularibus est 126007. ~~et 20~~ — Numerus dierum mensium equalium in 2 diei 243624340
~~media et 2~~ dies et una hora equalis / et illud est quo recipit menses re-
pleri ex mensibus [i. ex partibus eorum mediarum] 4267. ~~et 200 et 67~~ / Et ex reversionibus
diversitatis [i. motus diversi] 4573. ~~400 et 73~~ reversiones / et ex revolutionibus
orbis signorum 4612. ~~612~~ revolutiones / exceptis 7 partibus et me-
dietate partis fere / que sunt partes quas minuit sol in 345 revolu-
tionibus huius temporis. Et quia hee reditiones non inveniuntur etiam nisi
~~eius~~ ex loco eius a stellis fixis / Et ex hoc invenit Abrachis tempus — [i. Et hoc etiam quod revers[io]nes harum non sunt in eo nisi secundum comparationem ad stellas fixas]
medium mensium lunare / ubi divisit numerum horarum dierum per
~~num~~ 4267 menses pervenit cum numerus dierum mensis lunaris 29 dies
et 31 minuta et 50 secunda et 8 tertia et 9 quarta et 20 quinta fere. In
longitudine autem temporis huius non declaravit nisi quod due longitu-
dines alternate que sunt ab eclipsi lunari ad eclipsim lunarem sunt
equales. Et per hoc declarabitur diversitas cum per longitudine huius temporis
erunt menses semper equales et revolutiones in longitudine equales
4611. | ~~600 et 11~~ tunc quibus erunt partes equales 342 et medietas
partis / secundum quod sequitur coniunctione lune cum sole / per coniunctionem scilicet — [i. Per coniunctionem scilicet intelligimus coniunctionem et oppositionem]
intelligimus coniunctionem et oppositionem. Quod si aliquis dixerit non in-
venio numerum mensium ab eclipsi lunari ad eclipsim lunarem, sed numerum
qui est inter coniunctionem usque ad coniunctionem sibi equalem aut oppositionem
usque ad oppositionem sibi similem recipiet numerum redditionum diversitatis
et numerum mensium minorem tunc accipit numerum commune tantum his [duabus]
longitudinibus manente eas que est divid[end]a / per numerum cuius que ag-
gregatur ex numero mensium scilicet 251. | et ex numero reversionum diversitatis
269. In hoc autem tempore non complentur reversiones latitudinis / Alterna-
tio namque eclipsium non demonstrat servare equalitatem nisi in quanti-
tatem longitudinis temporis / et revolutionum que sunt in longitudine et
non secundum quantitatem magnitudinis neque secundum quantitatem similium
Tempus reducens motum latitudinis inquirere — tenebrarum quibus comprehenditur latitudo. Postea autem que iam premissa
sunt de comprehensione scientie temporis reversionum diversitatis posuit Abra-
chis ~~in~~ longitudines mensium / in quibus fuerunt eclipses similes omni
modo / scilicet in magnitudine / in temporibus tenebrarum in quibus non sunt aliquis
diversitatis propter diversitatem lune / Propter hoc declarabitur reversio lune
in latitudine. Et manifestum est quod [hec] revolutio completur cum 5 mi- — [Quoniam [etiam] est in latitudinis invenit per hoc iam esse reversus et ordinem]
libus et 400 et 58 mensibus / et revolutionibus in latitudine 5000 900
et 23. Modus autem quo operatus est antiquus qui fuerunt ante nos in operationibus

[^1]: [illegible]

4. Cupta investigationum temporum per duo solium intervalla alterarum eclipsium equalia fallere duabus de causis est possibile

huius similis ei est quem iam narravimus. Quam non declarabit
nobis quod non planum pronunciatur inventum, immo inquisitione indiget et
scientia que non est preparet illius ut ponamus quod tempus harum
duarum longitudinum inventum est secundum veritatem quod ipsum est equale. Dico
ergo primum quod in eo non est utilitas nisi si sol fuerit aut non habens di-
versitatem aut fuit eius diversitas una in unaquaque duarum longi-
tudinum. Si enim non fuit ita et fuerit propter solem diversitas quemad-
modum prediximus, tunc ex revolutionibus solis revolutiones equales non
erunt etiam in temporibus equalibus. Cum enim fuerint verbi gratia tem-
pora annorum integrorum equalia, quorum principia sunt ab unaquaque du-
arum longitudinum mediarum, et cum eis fuerit tempus medietatis anni
superfluens, et in hac medietate non fuerit principium motus solis, sed fuit
aut a longitudine prima que est transitus medius scilicet a piscibus aut a
longitudine 2a que est transitus medius scilicet a virgine, tunc sol minuet
de medietate circuli signorum in suo transitu a longitudine longiore quatuor
partes et medietatem et quartam partis fere. Et in transitu suo a longi-
tudine 2a addet illas partes que sunt 4or et medietas et quarta. Quapropter
~~propter~~ erit cursus in temporibus equalibus post revolutiones integras
a longitudine prima 174 partes et sexta partis, et a longitudine secunda 184
partes et medietas et quarta partis. Dico ergo secundo quod primum quod accidit in
latitudinibus propter solem oportet ut sit sol continens revolutiones in-
tegras, aut ut superfluat in una duarum longitudinum medietate circuli
que est a longitudine propinquiore, aut sit principium motus eius in una-
quaque duarum longitudinum a loco uno, aut ut sit eius longitudo a lo-
ngitudine longiore et a longitudine propinquiore equalis in eclipsi prima
a longitudine prima et in eclipsi 2a a longitudine altera. Sic ergo
aut non erit diversitas aut erit diversitas una propter diversitatem
solis in unaquaque duarum longitudinum. Quapropter erunt arcus qui super-
fluunt equales ad invicem, aut equales et equales medio. Et dico 2o
quod nos oportet loqui in cursu lune que similia sunt eis que prediximus
mus de scientia in cursu solis. Si enim illud remanserit non compre-
hensum possibile etiam erit ut luna videatur servare multotiens in tem-
poribus equalibus arcus equales in longitudine absque reversione que
sit ante diversitatis lune omnino. Et erit illud cum fuerit principium cursus
lune in unaquaque duarum longitudinum ab uno loco ubi erit cursus
eius augmentatus aut diminutus neque revertetur ad ipsum, et hoc cum
fuerit principium cursus eius in una duarum longitudinum a loco cursus
maioris et finis eius ad locum cursus minoris. Et in longitudine
altera cum fuerit principium cursus eius a loco cursus minoris et finis
eius ad locum cursus maioris. Et cum fuit principium cursus primi

Ad comprehendendum neque eius acceptio propinqua scientia que est ~~in eo~~ estimatio fortis et comprehensio vehementer perscrutata per ea que nos narravimus

Tempus investigationis temporum quod fallere non possit elligere. 6.

et equales

qui est in vna duarum longitudinum | et principium alterius que est
a longitudine altera equalis longitudini ab vno quorum duorum lo
corum sit a loco cursus minoris et a loco cursus ~~maioris~~ [maioris] cum fu
erit vnumquodque eorum que predixinus quemadmodum narrauimus | fiet
ut aut non sit lune diuersitas aut ut sit diuersitas vna. Quapropter
erunt arcus superfluentes qui sunt in longitudine equales. Reuer-
sio vero diuersitatis non erit omnino. Non ergo oportet ut accidat in
his temporibus acceptis aliquid horum accidencium si operatur ut sint
continencia tempus reuersionis [diuersitatis] lune. Sed oportet nos eligere tempus
significans multas reuersiones diuersitatis cum non sint continentes
omnes reuersiones diuersitatis | per quod intelligi volumus cum fuerit
eorum principia non a motibus diuersis tantum sed a motibus multis
diuersis aut in magnitudine aut in potencia. In magnitudine non
sit si fuit principium cursus eius in vna duarum longitudinum a lo
co cursus minoris et non peruenit ad locum cursus maioris | aut
in longitudine altera vbi fuerit principium cursus eius a loco cursus
maioris et non peruenit ad locum cursus minoris. Superfluitas enim
in longitudine tunc erit multa | quoniam cum revolucionibus diuersitatis
lune non complentur reuoluciones integre. Quoniam cum fuerit
superfluitas que est diuersitatis vnius quarta vna aut tres quarte | tunc erunt
due longitudines duarum diuersarum quantitatum. ~~duarum diuersi-~~
~~tatum~~ In potencia vero cum fuerit principium cursus eius in vnaquaque
duarum longitudinum a loco cursus medii non ab vno duorum modorum
tantum. Sed cum fuerit in vna duarum longitudinum et fuit eius
principium ab eo in quo est augmentum et cum fuit in longitudine al-
tera et fuerit eius principium ab eo in quo est [minoratum] diminutum tunc erit
maior diuersitas que est inter duas longitudines in longitudine secundum
[eius] superfluitatem que est vnius ad alteram. Et etiam cum fuerit
que est diuersitatis vnius quarta vna [aut] tres quarte tunc diuersitas
erit due diuersitates. Et cum fuit superfluitas que est diuersitatis
vnius medietatis circuli tunc diuersitas que est inter duas longitudi-
nes in longitudine [eius] superfluitate que est vnius super alteram. Et etiam
cum fuerit superfluitas que est diuersitatis vnius quarta vna aut
tres quarte tunc diuersitas erit due diuersitates. Et cum superfluitas
que est diuersitatis vnius [fuit] medietas circuli tunc diuersitas que est
inter duas longitudines erit quatuor diuersitates. Quapropter in-
uenimus quod abrachis operatus est in inquisicione harum longitudinum et tempo-
rum assumptarum cum electione ipsorum consideracione subtilissima
stellarum [et] plurime quod estimauit mittendo lunam in suo opere in illo cum
fuerit in vna duarum longitudinum que incipit a cursu suo maiore

Ad quorum similitudinem sit grauia his similibus sit tempora quibus possibile sit apparere diuersitatem cum non comprehendunt certe reuolucionibus diuersitatis reuersiones integras

Et hoc est quoniam non complerentur diuersitates reuoluciones integras et propter hoc cum acciderit in diuisione vna quarta vna aut tres quarte erit superfluitas que fuit propter diuersitatem tunc due superfluitates quibus duo tempora erunt non equalia

Cum [eius] sit hic modo certe propter hoc erit superfluitas longitudinis diuerse ab vtraque et cum duplicitas diuersitatis ita ut non sit diuersitas et aduersa contrario

Ergo visus est superfluus in luna sed hoc quod sit propter principium vnius duorum temporum a maiore cursu et eius finis non sit apud minorem cursum et principium temporis alterius a minore cursu et eius finis non sit apud maiorem cursum

et non pervenit ad cursum suum minorem et cum incipit a longi-
tudine sua altera a cursu suo minore et non pervenit ad cursum suum
maiorem Et equavit diversitatem que est propter diversitatem solis quoni-
am sit parva propter hoc quod diminucio reversionis solis a revolucione
integra non est nisi quarta unius 12 signorum Et non est ita sig-
nis ut non sit alterius sed est quarta signi quod est in unaquaque duarum
4 longitudinum cum diversitas est equalis diversitati alterius Et nos
non diximus ea que predixinus ut per ea cum inperemus ea quibus compre-
henduntur reversiones harum revolucionum sed ut declaremus quod cum sit
inquisicio cum eo quod convenerit ex scientia et secundum quod secundum
in sententia erit possibile equare illud et verificare Si enim pretermi-
serimus parum aliquid horum accidencium que predixinus minuetur nobis
invencio eius inquiritur comprehensio omnino Et si temptare voluerimus
similes istis consideracionibus et complere totum quod oportet esse in eis
secundum certitudinem aggravabitur eius invencio apud subtiles
7 in eius inquisicionibus Forum vero que posuit abrachis de reversioni-
bus revolucionum quas reperit suis cogitacionibus sed que posuit deme-
sibus quemadmodum predixinus in pluribus que convenerunt et sunt vera non
apparent quod sint contraria veritati secundum aliquid sensibile Reversio-
num vero diversitatis et latitudinis error apparens est et manifestus
Et propter hoc sit apud nos aggregatum precepta que sumuntur ad cognoscendum
hoc et eius simile planiori modo que declarabuntur nunc cum declara(bimus)
que erit de quantitate diversitatis lune Et premitta primum ad expla-
nandum particularitates motuum mediorum qui sunt in longitudine et la-
titudine et diversitate secundum ea que sequuntur hec tempora que sunt reversio-
nis motuum revolucionum et que aggregantur ex eis que declarabuntur
ex equacionibus eorum | Capitulum 5m de particularibus motibus medijs. Lune

C(um) nos multiplicaverimus quod iam ostensum est ex motu solis
medio unius diei quod est 49 minuta | et 8 secunda | et 19 tercia |
| et 13 quarta | et 12 quinta et 31 septa | in numerum dierum mensis
unius | qui est 29 dies | et 31 minuta | et 50 secunda | et 8 tercia | et 9 quarta |
et 20 quinta | deinde addiderimus super id quod aggregatum fuerit primum
revolucionis unius scilicet 360 partes | erit illud partes quas pertransit luna
ex motu suo medio in longitudine in mense que sunt 389 partes | et
6 minuta | et 23 secunda | et tercium unum | ~~minuta~~ et 21 quarta et duo
quinta et 30 septa et 40 octava fere Cum ergo diviserimus illud per
numerum dierum mensis lunaris exibit erit portio medij cursus lune
diei in longitudine | 13 partes | et 10 minuta | et 35 secunda | et 48 ~~tercia~~ 3a |
et 35 4ta et 30 quinta et 30 septa fere Et cum multiplicaverimus
Transitis quidem eclipsibus lunaribus ex hiis modis quos narravimus consideratarum necesse est. Inceptum tantum post illud aut ordinem cognitionem eclipsium solarium quod sunt difficiliores propter diversitates aspectuum lune, secundum hunc modum. Considerabimus tempus coniunctionis vere, que est in alexandria, secundum quam horam equalem fuit ante meridiem aut post. Deinde post illud considerabimus civitatem in qua inquiritur eclipsis. Si ergo fuerit sub linea orbis meridiei alexandrie accipiemus superfluitatem que erat inter orbem meridiei sue et inter orbem meridiei alexandrie in longitudine horarum equalium, et addemus eam aut minuemus eam. Deinde sciemus ante quota horam meridiei aut post quota horarum meridiei horarum equalium erat tempus coniunctionis vere in illa civitate. Postea cognoscemus primo tempus coniunctionis quod videtur medie [illegible] questo, quod est equale tempori eclipsis medie fere, per additionem eorum que narravimus in hiis que precesserunt de diversitate aspectus, et accipiemus ex differentia tabularum in quibus sunt anguli et ex differentia tabularum diversitatum aspectuum secundum proprietatem climatis et proprietatem longitudinis horarum que sunt inter duos orbes meridiei, et etiam proprietatem partis signorum in qua erat coniunctio. Et cum proprietatem longitudinis lune. Et accipiemus primo diversitatem aspectus lune que erat in orbe magno super punctum summitatis capitis, et super centrum lune. Et minuemus ex ea semper diversitatem aspectus solis que opponitur ei in illa area. Et cognoscemus de residuo per angulum quem inveniemus apud sectionem orbis signorum et orbis magni descripti super punctum summitatis capitis. Et quod aggregatum est de diversitate aspectus a transitu in longitudine tantum, et addemus super ipsam semper portionem que sit ex diversitate temporum equalium que continet diversitas aspectus. Per quod intelligi volo quod inveniemus ex superfluitate que est inter duas diversitates aspectus que opponuntur in illa differentia longitudinum prime a puncto summitatis capitis et longitudinem que est ex angulo temporum equalium, et addemus etiam [portionem] diversitatis aspectus

illud. Si vero non fuit sub linea orbis meridiei alexandrie accipiemus superfluitatem [illegible]

capitulum quod narravimus

Pro medietate diei et secundum partem coniunctionis orbis signorum [illegible] et etiam [illegible] in longitudine lune diversitate aspectus primo quo erunt ei

in [illegible] di. as. debet luna [illegible] primo [illegible] et [illegible] [illegible] signi [illegible] [illegible] loco lune a centro [illegible] [illegible] loco lune a [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] 12 [illegible] lune [illegible] et exibunt hoc [illegible] que hoc [illegible] de hor [illegible] et lune lune [illegible] 90 [illegible] distan[tia] horarum [illegible] et accipiat [illegible]

intelligitur ita quia [illegible] primo [illegible] ei addatur [illegible] 12 [illegible] et [illegible] in horas equales [illegible] si luna fuit [illegible] 90 [illegible] ab [illegible] debet [illegible] [illegible] de [illegible] 90 [illegible] plus debet addi

in longitudine tantum tum parte / et si fuerit ex illa scrupulis / aut secundum quantitatem qua erit illa pars diversitatis aspectus sumi
Et addemus etiam super partes que aggregantur ex tota diversitate aspectus in long. partem 12 earum motus loco motus solis / et quod aggregatum ex divisione tursus horarum diversitatis / que sunt apud coniunctionem / dividemus per horas equales / Tunc si fuerit diversitas aspectus que est in longitudine secundum continuitatem signorum / tunc iam de ea ... invenimus que precessit / qualiter inveniamus coniunctionem illius
Partes vero quas divisimus per horas equales minuemus ex partibus lune ... que sunt in tempore coniunctionis vere / et ponemus unumquodque quod erat ex longitudine et latitudine et tursu diversitatis partis Et vero remanebit erit ipsi transitus lune vere in tempore coniunctionis / que videtur / et erunt ille hore quas invenimus hore quibus precessit coniunctio que videtur coniunctionem veram / Et si fuerit diversitas aspectus in longitudine inventa precedens signa / faciemus contrarium illius tunc addemus illas partes super tursus quos equavimus prius ad tempus vere coniunctionis sicut longitudinis et latitudinis et diversitatis / et erunt nobis ille hore quibus postponitur coniunctio que videtur a coniunctione vera /
Postea considerabimus de re long. que est inter coniunctionem que videtur et inter medietatem diei horarum equalium / per illa tabula eadem / sicut quantum prius erat diversitas aspectus lune in circulo maiori / qui describitur transiens per punctum quod est super summitatem capitum / et minuemus ex eo quam invenimus ex illo diversitatem aspectus solis que est tota illo modo eodem / et equabimus quod remanebit secundum illud exemplum per angulum qui recipitur in illa hora / apud sectionem duorum circulorum secundum diversitatem aspectus que erit in latitudine / in circulo qui est ortogonalis super orbem signorum / et quod aggregabitur de partibus quintemus ad divisiones que pertinent eis in circulo declinis / sicut multiplicabimus eas undecies et semis / et quod proveniet ex partibus / si fuerit diversitas aspectus in latitudine eo quod sequitur septentrionem ab orbe signorum considerabimus. Hoc si fuerit luna versus nodum capitis addemus ipsum super tursum in latitudine / quem nos prius equavimus ad tempus coniunctionis que videtur. Et si luna fuerit versus nodum caude minuemus ipsum ex eo secundum illud exemplum / Si vero fuerit diversitas aspectus in latitudine ab eo quod sequitur meridiem ab orbe signorum faciemus contrarium illius minuemus partes diversitatis aspectus de partibus latitudinis quas equavimus ad tempus coniunctionis que videtur si fuerit luna versus nodum capitis / et addemus eas super ipsas si fuerit luna versus

Et cum parte eius si fuerit scrupulis secundum quantitatem partis illarum prius diversitate aspectus sumi addemus etiam super aggregatum ex illo quod est prius diversitatis aspectus

Discernemus

Al. in arabico quod multum de est hic

Nota ita caput lune accedit ad ... et ita caudam elongatur ab eis ... ideo ... et ita caudam semper addimus

nodum tandem conveniet ergo nobis latitudo que videtur in tempore quie
tionis que videtur. Mittemus ergo illum numerum in tabulas eclipsium
solis tunc si convenit ut cadat in numeris diversarum arearum primarum
per initia binarum eclipsium solis perventuram medium temporis tempus
scilicet terminat conversio que videtur. Scribemus ergo quantitatem
eius que est coram numero latitudinis que videtur ex digitis et ex partibus
que videntur fit casus et clarificationis unumquodque per se tempus
diversarum tabularum. Postea mittemus etiam numerum diversitatis lune
que est a longitudine longiore in quatuor que videntur in tabula
equationis et considerabimus quid est coram ipso de minutis. Accipie
mus ergo secundum illam quantitatem de superfluitate tempus quod illarum re
rum que scripte fuerunt et addemus ipsas semper super partes que assu
muntur ex tabula prima quod ergo proveniet per hanc equationem de digi
tis summa 12 partium diametri solis super quibus continentur digiti in
medio temporis eclipsis fere. Postea addemus etiam super partes tempus
diversorum cursuum partem 12 eorum loco eius quod sol addit ex motu
suo suum quod ergo provenit ponemus horas equales secundum motum
lune diversum. Et erit illud summa ipsa temporis tempus et temporis
tempus reversionis et impletionis. Hoc autem fit secundum quod non contingat
in hoc tempore superfluitas propter diversitatem aspectus. Si autem postquam iam ce
cidit in eo diversitas aliqua sensibilis propter diversitatem aspectus lune
non propter diversitatem aspectus duorum luminarium erit per istud unum
quodque duorum temporum per se longius semper duobus temporibus que
nos premisimus et posuimus secundum plurimum plurimum equalem unum
eorum alteri. Et nos etiam non dimittemus quod faciamus te scire
illud quamvis sit parvum. Dico ergo quod hoc accidens contingit propterea
quod est semper in cursu lune qui videtur ex diversitate aspectus tam
dubia tollerancia ante cessionis quia facit nos putare quod non ei
motus est propius secundum successionem signorum et illud est quoniam
sunt cursus eius ad medietatem diei. Iste videtur quod quanto plus
elevatur paulatim et paulatim erit quod est ei de diversitate aspectus
ab eo quod sequitur orientem maius semper eo quod pertransiit ex eo ex
istente quod videtur de motu eius locali secundum successionem signorum
tardior. Et si fuit cursus eius post medietatem diei tunc videtur
etiam quod quanto plus deprimitur paulatim et paulatim erit ei quod est
de diversitate aspectus ab eo quod sequitur accidentem minus semper eo quod
pertransiit ex eo existente secundum illud exemplum quod videtur de motu
eius locali secundum successionem signorum tardior. Propter hanc ergo causam

quando dubitamus quanta sit illa diversitas aspectus tunc tollerantiam causam que est propterea non faciet errorem sensibilem

erunt duo tempora quorum narratio precessit longiora semper duobus
temporibus que repperiuntur ita absolute. Et quia fuit semper super-
fluitas additionis inter duas diversitates aspectus maior
tercisibus qui sunt propinquiores medietati diei, oportet necessario
ut sit tarditas temporis temporis eclipsis que cadit ante medieta-
tem diei prius. Ergo tunc tamen erit tempus casus equale fere
tempori reversionis impletionis aut fiunt maius quam ymaginatur
quod diversitates aspectus ex antecessione cadet tunc in unoquoque duorum
temporum equaliter fere et quando cadet ante medietatem diei tunc
erit tempus reversionis impletionis quod fuit propinquius medietati
diei maius et quando cecidit post medietatem diei tunc erit tempus
casus quia est propinquius medietati diei maius. Et ut nos verificare
mus hec tempora modo verificationis exemplificabimus predictum quod inve-
nimus tempus cuiuslibet duorum cursuum narratorum que preveniunt ante hanc
verificationem et cuius longitudo a puncto quod est super summitatem capitum est
in medio tempore eclipsis. Sitque causa exempli unumquodque duorum tem-
porum hora una equalis et longitudo a puncto quod est super summitatem
capitum 19 partes. Consideravimus ergo in tabula diversitatis aspectus
minuta que sunt contra numerum 19 partium, scilicet diversitatem aspectus secundum
quod luna sit in longitudine longiori que fuit longitudinis eius vi-
gesima, et secundum hanc longitudinem sit quod invenitur contra minuta in area
tertia et quod invenimus continebat 19 partibus deminutis scilicet 42 et
quod unumquodque duorum temporum casus et reversionis impletionis iam
posuimus accepto una secundum medium horarum quidem equalium hora
una et tempus quidem eundem tempora tunc cum nos minuerimus hec
tempora de partibus 19 que sunt longitudinis invenimus contra reliquas
que sunt 60 partes de minutis diversitatis aspectus que sunt in illa eadem
area 4a que erunt ex minutis diversitatis aspectus in illa 4a minuta
et aggregatur ut sit quod precessit in transitu medio qui est apud or-
bem medii diei ex diversitate aspectus 4 minuta. Cum vero addiderimus
illa tempora 14 super 19 partes invenimus quod aggregatur ex partibus
40 partibus 43 minuta et medietas minuti que sunt totius diver-
sitatis aspectus donec aggregatur et hoc ut sit quod precessit ex transitu
qui est apud orizonta minutum et medietas minuti. Accipiemus ergo
ex istis duabus diversitatibus rectis quod opponitur longitudini. Postea
accipiemus ex eo quod provenit ex unoquoque motum lune diviso di-
viso per partes horarum equalium sicut est manifestum. Postea quod aggregatur
ex unoquoque addemus super posteriorem cuiusque duorum temporum quod accepimus

Donec teneamus unumquodque eorum per motum lune
in una hora divisum ad partem hore equalium
quod premissum est

p medium absolutum ex casu et complemento / et maius quidem adde
mus sup transitum propinquiorem orbis medici / et minus addem(us)
sup transitum propinquidem orbis orizontis. Et manifestum est q(uod) addito
pz subtr... 1.30 et addi ... 4 ...
horum duorum temporum secundum minuta quidem est 3 minuti et me
dietas minuti. Et ex hora quidem equali 4a hore / minus erit motus
lune medius 4 minuta. Oportet ergo nos ut dividamus horas equa
les subtili breuitate cum addiderimus in unaquaque longitudine
sup partes horarum temporalium secundum modum cuius processit declaratio. Capitu
lum de declinatione et inclinationibus que sunt in eclipsibus lune

E(t) quia post hoc initia est inquisitio inclinationum tenebrarum /
tunc comphesis erit ex declinatione tenebrarum apud orbem
medii signorum / et ex declinatione orbis medii signorum in or
be orizontis binarum harum duarum in omni tempore temporum eclipti
corum sit opposita prauitas et alians locum propter locales motus valde /
et necesse comprehenduntur. Etiam si aliquis voluerit subtiliter perscru
tari experientia inclinationum futurarum / que sicut in tempore toto in
quo prauitatem sermone non est aliquid q(uod) sit magne utilitatis / et
q(uod) sit notum / quoniam quantitas orbis signorum et orbis orizontis in
detur ex puncto orbis signorum q(uod) oritur et occidit in locis orbis
orizontis / hic notum est in tempore eclipsium cum fuerit q(uod) ori
tur et occidit ex partibus orbis signorum diversi in omni hora /
sunt loca illarum sectionum in orbe orizontis diversa in omni hora /
et similiter videntur declinatio inclinationum tenebrarum apud orbem
medii signorum / in orbe magno descripto sup duo centra lune et
umbre / et sup duo centra lune et solis. Ergo notum est q(uod) transitus centrorum tran
situm tenet lune in tempore eclipsis / ut alterum locus orbis magni
descripta sup duo centra / et fiet locus eius locus alterius semper in or
be signorum / et ut sint anguli quos continet sectiones eorum in
omni hora non equales. Ea vero que de hac inquisitione diximus
sufficiunt nobis in eis q(uod) futura sunt / si accepimus ea in illis tenebris
tantum notis / que habent principia / et que videntur sup orbis arcus q(uod)
sunt apud orizonta. Et ex hoc possibile est illis qui omnia ad
unguem diligentissime inquirunt / que accidunt ex eo / ut conside
rant per id q(uod) videtur in omni duarum declinationum magnitudine
inclinationum. Et in hoc quidem et in eius simili quemadmodum dixi
mus sufficiat nobis inquisitio universalis / et tamen eo ut non pretermittamus
hunc locum / studebimus ut ponamus in hoc capitulo modos planiores

2 Et iam sit nobis facile quod horas equales
etiam in omni longitudine si voluimus ad
horas temporales in omni hora p modum que
ostendimus in precedentibus

Declinatio et inclinatio que est solis apud
eclipsim suam est angulus que continet
linea composita ex medietate diametri solis
et mediatate diametri lune, et linea orbis
signorum apud principium in quo luna contingit
solem et angulus que continet hee due
linee scilicet linea composita ex duabus me
dietatibus corporis diametrorum et li
nea orbis signorum in ultima recessione eclipsis.
Et declinatio et inclinatio lune que est
lune apud eclipsim suam est angulus que
continet linea composita ex medietate diametri
lune et medietate diametri umbre. Et an
gulus que continet hee due linee in ultima
recessione eclipsis et est angulus que continet
linea composite ex medietate diametri lune
et superfluitate medietatis diametri umbre
sup diametrum lune et linea orbis signorum
in tempore eclipsis totius lune et est angulus
que continet hee due linee in tempore principii
recessionis eclipsis

Et ad assumendum propinquiores secundum quod possibile est adinvenimus quantitates ex principiis tenebrarum instantiarum / principium initii eclipsis / quod est in initio totius temporis eclipsis / et principium finis eclipsis / quod est in initio totius temporis more / et principium initii complementi / quod est in fine temporis more / Et principium finis complementi / quod erit in fine temporis totius eclipsis / Et accepimus etiam ex inclinationibus que ad assumendum fuerint digniores et manifestiores / quas comprehendit orbis meridiei et orientales et occidentales / que sunt orbis / meridiei / signorum / equalitatis diei / et estivales / et hyemales / Sectiones autem principia plurima / que sunt apud plures hominum estimantur secundum diversitatem. Tamen non possibile est / ut si aliquis voluerit declaret illud / paucos qui sunt apud orizonta / ex sectione orbis meridiei et orbis orizontis Sectionem non septentrionalem nominavi Benenaas .i. filie feretri . et pistes similitudinates / et sectione meridiana nominavi sueel .i. canopus / et geminos declarates / Sectiones autem orientales et occidentales / que fuerint ex sectione orbis orizontis / et capite arietis / et capite libre / quorum longitudines ab orbe meridiei sunt semper quarte equales / nominabimus orientalem equalitatem / et occidentalem equalitatem / et que fuerint ex sectione orbis orizontis et capite cancri / orientalem estivalem / et occidentalem estivalem / et que fuerint ex sectione orizontis et capite capricorni / orientalem hyemalem / et occidentalem hyemalem. Elongationes non earum in omni climate diversificantur. Nos autem contenti aut erimus relatione inclinationis cum fuerit visu illud / aut secundum viii horarum terminorum / aut in eis que sunt inter quosdam et intersectionem / et secundum quantitatem orbis signorum et orbis orizontis in omni hora / inveniemus longitudines que erunt in orbe orizontis in orientalibus et occidentalibus a capite cuiusque xii signorum secundum modum quem iam declaravimus in principio libri Almagesti ad omnem duarum partium orbis equationis diei / et erit in eis sectio in uno quoque climatum que sunt inter clima .i. super quam lineavimus et firmavimus angulos qui sunt secundum pulcrius quod invenimus loco differentie tabularum in . . . tulis super centrum unum / qui ymaginantur in superficie orbis orizontis / et continet longitudines .A. climatum cum nominibus suis / post illud lineavimus duas lineas super omnes circulos / quarum unaquaque est super cum angulum alterius / et una quaque earum transversa est communis sectionis duarum superficierum duorum orbium scilicet orbis orizontis et equationis

---

Et oportet etiam scire quod hec

Et operatur etiam sumimus de inclinationibus primum et duo et sunt ea que tangit circulus meridiei et orientes et occidentes quas terminat orbis signorum scilicet equales et estivales et hyemales

Et si in principio orientalium intencio diversificetur apud plures hominum diversitate magis tamen possibile est ubi declaret et appareat volenti illud pauculos orizontis precisos et duo ad sectiones que erunt inter circulum meridiei et inter orizonta septentrionales quarum unam vocabimus septentrionale et meridianas quam vocabimus meridiem

Cum dicit longitudines cuiusque velit intelligi arcus orizontis qui sunt inter orientalia puncta signorum aut occidentalia eorum et orientalia arietis et libre et occidentalia ubi quia in climate secundo arcus orizontis qui est inter elevationem tauri et elevationem arietis diversificatur cum in reliquis climatibus

Oportet etiam // assumimus

Et dico quod nos etiam operati sumus generaliter tantum quindecim eas que ad ire merentur et ut eas declaravimus quo sunt declarationes tenebrationis principii eclipsationis que est ea que erit initio temporis eclipsis totius et tenebrationis finis eclipsationis que est ea que erit in initio temporis more et tenebrationis maioris que erit eclipsationis que est ea quam ea que erit in medio temporis more et tenebrationis initii reversionis impletionis que est ea que est in fine temporis more Et tenebrationis reversionis impletionis quo est ea que erit in fine temporis eclipsis totius

In capitulo 10 dictionis secunde huius libri

certe clima .A.

diei/ Et altera quidem erecta est communis duarum superficierum orbis
orizontis et orbis meridiei Et posuimus super duas extremitates duarum
linearum que sunt apud tabulam maiorem scilicet apud duas extremitates linee
transverse/ orientalem equalitatem/ et occidentalem equalitatem
Et apud duas extremitates linee erecte dextrationem et sinistrationem/ et
similiter descripsimus ab ambabus partibus linee equalitatis/ duas lineas
secundum duas longitudines equales/ super omnes angulos etiam/ et scrip-
simus super has in eis quidem que sunt inter longitudines climatum septem
longitudines quas diximus cum quod climatis inter duo puncta duorum
tropicorum/ et inter orbem equationis in orbe orizontis/ ac si tota circumferentia
esset .90. partes/ et in extremitatibus quidem que sunt apud tabulam minorem/
apud extremitatem quidem que est apud dextrationem orientalem occidentalem hiema
lem/ et occidentalem hiemalem/ et apud extremitatem quidem que est apud
sinistrationem orientalem estivalem/ et occidentalem estivalem/ et
propter hoc quod demonstratum est illud exposuimus firmavimus in eis que sunt
inter unamquamque longitudinum .x. duas lineas alias/ et firmavimus
super eas longitudinem portionis cuiusque ab orbe equationis diei in or-
be orizontis/ et firmavimus nomine cuiusque signorum scriptum super tabu-
lam extiorem Et signavimus super lineam que est inter sinistrationem et
dextrationem nomina linearum equidistantium/ que sunt climatum/ et mag-
nitudinem horarum/ et altitudines polorum in unaquaque earum/ et posuimus
scripturam super longitudinem longiores ad septentrionem super tabulam maiorem/
continentem angulos/ et ut sint inclinationes tenebrarum que sunt apud
orbem medii signorum firmate posite nobis propter quod intelligi volumus
angulos qui erunt apud unamquamque horum principiorum que diximus secti-
ones orbis signorum et orbis magni descripti super ambo centra que
necessarius/ Indiciumque eas in omni transitu lune/ inquo erit diu-
turnitas que est inter tenebras digiti unius/ et illud est ut sint que erunt in ullis
transitibus qui sunt in longitudine media tantum/ et sint in eis arcus
medii signorum/ et orbis lune declinis in tenebris quasi equidistantes
in sensu/ et describam ad illud exemplum. linea quidem que est loco ar-
cus qui est orbis medii signorum sit linea .a.b./ et sit in ea centrum sol
aut centrum umbre super punctum .a./ Et linea quidem que est loco orbis
signorum/ declinis/ sit linea .g.d.e./ et sit punctum .g. locus centri lu-
ne/ cum erat in tempore medio eclipsis/ et sit punctum .d. locus etiam
inquo erat centrum lune/ cum eclipsabitur tota/ et cum fuerit principium
initii clarificationis eius/ scilicet cum fuerit contactus orbis orbium umbre deinceps/
/ et sit punctum .e. locus inquo erit centrum lune/ cum fuerit principium

locus centri post eclipsis
Nos cum invenimus istas in unaquaque extremitatum
lune qui diversificantur in digitis et di-
versitatum tenebrarum et contenti fuimus ex eis
quia in ipsis fuerit sufficientia que ex eis
erit in longitudine media et in hoc arcus
intenebrationibus orbis signorum et circuli
lune declinis sunt equidistantes in sensu

Ca

inceptionis eclipsis eius aut finis complementi eius clarificacionis aut solis aut lune scilicet cum fuerint orbes eius se exterius contingentes / Et protraham lineas a g / a d / a c / Et post hec duo anguli b a g / a g c / continet medium tempus eclipsium / erunt recti in sensu / et erit angulus b a c / continens principium eclipsis et finem complementi / Et angulus b a d / continet finem eclipsis et principium complementi / et illud manifestum est. Et ex hoc declaratur quod linea a c / continet duas lineas protractas ab ambobus centris duorum circulorum / et linea a d continet superfluitatem que est inter eas / et ponam eclipsim solarem in eius tempore medio obscuratam est medietas diametri solis / et sit punctum a centrum solis / et sit linea a c semper 32 partes et 20 minuta. Et hoc quia est illud in longitudine lune media / et sit linea a g minor ea secundum medietatem diametri solis / Ergo erit secundum illam quantitatem 16 partes et 20 minuta / et quia secundum quantitatem qua erit corda a c 32 partes et 20 minuta / colligitur ut sit linea a g secundum illam quantitatem secundum magnitudinem tenebre posite 16 partes et 20 minuta / Ergo secundum quantitatem qua erit linea a c 120 partes / erit linea a g 61 partes et 41 minuta Et arcus qui est super eam 62 partes et duo minuta / secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum a g c ortogonium 360 partes Quapropter erit angulus a c g equalis angulo b a c / secundum quantitatem quidem qua erunt duo anguli recti 360 partes / 62 partes et duo minuta Et secundum quantitatem qua erunt 4 recti 360 erit 31 partes et minuta / Et etiam in eclipsibus lunaribus ponam punctum a centrum umbre Et similiter quia linea est in longitudine sua media / colligitur ut sit linea a c semper secundum illam quantitatem 60 partes Quapropter linea a d erit 26 partes et 20 minuta / Et sit eclipsis lune secundum transitum 18 digitorum / donec sit a g minor a d secundum medietatem diametri lune / et remaneat secundum illam quantitatem 10 partes et tertia / Et quia secundum quantitatem qua erit corda c a 120 partes / erit linea quidem a g 20 partes et tertia / et arcus qui est super eam 19 partes et 12 minuta / secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum a c g ortogonium 360 partes Erit ergo angulus a c g equalis angulo b a c 19 partes et 12 minuta secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes / et secundum quantitatem qua erunt 4 recti 360 erit 9 partes et 36 minuta. Et similiter quia secundum quantitatem qua erit corda a d 120 partes

erit linea a g 45 partes. Et arcus qui est super eam 44 partes
et duo minuta, secundum quantitatem qua erit circulus conti-
nens triangulum a d g ortogonium 360 partes; tunc erit angu-
lus a d g equalis angulo b a d 44 partes et 2 minuta,
secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes, et secundum
quantitatem qua erunt 4 recti 360 erit 22 partes et minuta.
Et hoc oportuit demonstrari.

Et secundum similitudinem huius modi faciam in reliquis
digitis, accipiam quantitates angulorum qui sunt mino-
res recto, secundum hoc quod angulus rectus unus sit 90 partes,
secundum quantitatem quarte circuli orizontis. Describam autem differentiam
tabularum secundum 22 areas in 4 tabulis, et ponam in tabula que
est prima quantitates numeros digitorum qui obscurantur de dyametro [marg.: tercia]
in tempore medio eclipsis. Et in tabula quidem secunda angulos qui
erunt in eclipsibus solaribus in tempore principii eclipsis et tempore
finis complementi. Et in tabula tertia angulos qui erunt in eclip-
sibus lunaribus in tempore principii eclipsis et tempore finis comple-
menti. Et in tabula quarta angulos etiam qui erunt in eclipsibus luna- [marg.: erunt]
ribus in fine temporis eclipsis et principio temporis complementi.
Et sit descriptio tabularum differentie et tabularum secundum hunc modum et
hic est modus descriptionis tabularum.

[marg.: A Et sunt partes circuli orizontis]

[marg.: 2 Et hec est descriptio tabularum et anulorum 4, circa tabule sunt forme orizontium et climatum.]

[marg.: Pars quod vult principium recessionis. Volt in tabula secunda sit principium ~~eclipsis~~ initii eclipsis solis et finis recessionis et in tertia principium eclipsis lune et finis recessionis eius et in tabula quarta principium complementi eclipsis lune et principium initii recessionis eius.]

[marg.: Pars quod vult principium recessionis]

Tabula 12a de descriptione tabularum que sunt declinationis et inclinationum.

Digiti	Sol: principii eclipsis solis et finis complementi eius — Gradus	Minuta	Luna: principii eclipsis lune et finis complementi eius — Gradus	Minuta	Luna: finis eclipsis lune et principii complementi eius — Gradus	Minuta
0	90	0	90	0	0	0
1	66	50	72	30	0	0
2	57	15	60	10	0	0
3	49	16	59	27	0	0
4	42	36	54	27	0	0
5	36	15	50	24	0	0
6	31	1	46	15	0	0
7	29	46	42	31	0	0
8	20	44	39	2	0	0
9	15	51	35	42	0	0
10	11	6	32	29	0	0
11	6	29	29	23	0	0
12	1	47	26	23	90	0
13	0	0	23	28	63	57
14	0	0	20	38	52	21
15	0	0	16	48	43	26
16	0	0	15	1	39	41
17	0	0	11	18	28	38
18	0	0	9	36	22	1
19	0	0	6	55	15	43
20	0	0	4	19	9	36
21	0	0	2	0	3	39
	0	0	0	0	0	0

(vertical in column, Sol: Pars — quod — vult — fine — recessionis eius)

(vertical in column, Luna: Pars — quod — vult — complementi — recessionis eius)

Et quia iam sunt nobis temporum omnium que sunt horarum principiorum positorum secundum modum cuius premisimus declarationem cognitiones et equationes, tunc manifestum est quod propter tempora sciemus partes orbis medii signorum que elevantur in eis et occidunt, et sciemus ex eis que sunt in tabulis loca eorum orbis orizontis. Cum autem fuerit centrum lune quod videtur secundum veritatem orbis medii signorum, scilicet illud quod est in eclipsibus solaribus, aut centrum eius verum quod est in eclipsibus lunaribus, inclinationes quidem que erunt in principio eclipsis solis et etiam eas que erunt in fine eclipsis lune et complementi eius sciemus propter locum qui occidit in illa hora orbis signorum in orbe orizontis, et inclinationes quidem que erunt in fine complementi eclipsis solis et etiam eas que erunt in fine eclipsis lune et complementi eius sciemus propter locum qui elevatur in illa hora ex orbe signorum in orbe orizontis. Cum autem fuerit centrum lune secundum veritatem orbis medii signorum, accipiemus ex differentia tabularum propter unos angulorum qui opponuntur quantitati signorum et proveniemus ad cognitionem sectionis orbis orizontis et orbis medii signorum. Tunc si fuerit centrum lune ad partem septentrionis, ab ea in principio quidem eclipsis solis et fine eclipsis lune et locus portionis occasus ad partem septentrionis. Et cum fuerit in fine complementi eclipsis solis et in principio complementi eclipsis lune, erit locus portionis elevationis ad partem septentrionis. Et etiam in principio eclipsis lune erit locus portionis elevationis ad partem meridiei, et in fine complementi casus lune erit locus portionis occasus ad meridiem. Et cum fuerit centrum lune ad partem meridiei orbis medii signorum, in principio eclipsis solis et fine eclipsis lune et locus portionis occasus ad partem meridiei, et in fine complementi eclipsis solis erit locus portionis elevationis ad partem septentrionis. Et etiam in principio casus lune erit locus portionis elevationis ad partem septentrionis. Et in fine complementi eclipsis lune erit locus portionis occasus ad partem septentrionis. Partes autem orbis orizontis quas cognoscimus ex hac equatione erit ipsa pars ad quam erunt omnes inclinationes partium duorum luminarium recipientium principia et fines initiorum eclipsis et complementorum

in orbe

vel principium recessionis

vel complementum tenebre



Int' Jazdaçart et nabuchodonosor 1349
anni et 3 menses
Figura q' circulorum dicte q' tabulas et p'
cam debet esse Capitulum ultimum



ipse quidem scripsit post mediam noctem tribus horis et medietate
hore temporalis que erunt quatuor hore et 8 hore equales fere propterea
quod sol fuit fere in medio scorpionis. Secundum vero quod oportet post medietatem
noctis duabus horis et medietate hore quoniam post has horas precedentes
erit medium celi 22 partes et medietas partis geminorum. Et erit
illud quod elevatur de virgine ille partes et in illis partibus fuit tunc luna
elevata in eis que dixit. Secundum equationem vero dierum cum noctibus
sunt invenimus eam post medietatem noctis duabus horis equalibus
tantum. Secundum veritatem vero in hora in qua fuit longitudo centri lune
etiam a puncto tropici estivi 81 partes et 30 minuta. Et fuit longitudo
eius ad meridiem ab orbe medii signorum due partes et sexta partis et
secundum visum fuit longitudo eius in longitudine 81 partes et medi-
etas partis et fuit visa longitudo eius ab orbe medii signorum ad partem
meridiei due partes et quarta partis. Fuit quod longitudo azimech mer-
inis secundum hanc considerationem etiam ab orbe medii signorum ad partem
meridiei ille due partes fere. Et fuit eius longitudo a puncto tropici
estivi 82 partes et medietas partis et fuit motus azimech merinis
in istis 12 annis qui sunt inter duas considerationes ad successionem signorum
a puncto tropici estivi sexta partis unius. Et dixit Agileus [geometra] mensura-
tor quod ipse consideravit rome in anno qui fuit primus annorum troianni
19° die transacto mensis mesur cuius mane fuit [dies] 16 apud complementum
hore 10 noctis et luna iam obscuraverat azimech merinis et non
apparuit usque ad finem hore 11 postea apparuit stella posterior centro
lune cum minore spatio diametro lune et fuit elongatio a du-
obus cornibus lune equalis et fuit illud in anno 889° annorum nabuch
19 die transacto mensis mesir cuius mane fuit dies 16 post medie-
tatem noctis 10 horis temporalibus quia centrum lune fuit consecutum
azimech alahazer fere et fuerunt hore 4 equales fere propterea quod fuit
sol tunc quasi in 20 partibus capricorni. Et fuerunt hee in orbe meridiei
in alexandria post medietatem noctis 6 hore et tria hore. Et secundum
equalitatem dierum cum noctibus sunt 6 hore et quarta aut plus
parum et fuit centrum lune in longitudine a puncto tropici estivi secundum
veritatem in illa hora 89 partes et medietas et 10ª partis et fuit eius longi-
tudo ab orbe medii signorum ad partem meridiei pars una et 3ª partis
fere. In visione vero fuit longitudo eius in longitudine 86 partes
et 10ª partis et fuit longitudo eius ab orbe medii signorum ad meridiem
due partes propterea quod medium celi fuit quarta libre. Fuit ergo locus
azimech merinis tunc hic locus. Manifestum est ergo secundum quod dixit
timocharis. Et quod nos diximus etiam quod fuit ad partem meridiei ab orbe
medii signorum secundum illam quantitatem etiam scilicet due partes et quod longitudo

Margin notes:
medietate partis
82 partes et medietas
Manifestum est quod quod simile illi fuit quod scripsit timocharis [et quod] scripsimus nos de longitudine eius in meridie ab orbe signorum et est due partes

Sed in longitudine ad successionem signorum alioquin enim quod inventa fuit prius (?) que fuit in anno 36 partibus 3 et 44 minutis

in longitudine ad successionem signorum ex consideratione que fuit in
anno 36. fuit tres partes et 44 minuta / et fuit quod est inter duas
horas ex annis 391 anni / Et ex consideratione autem que fuit in
anno 98. fuit tres partes et 24 minuta / et fuit quod est inter duas
horas ex annis 349 anni / Ex hoc ergo manifestum est quod cursus
asinnech incamis ad partem successionis signorum in 100 annis est
pars una fere / et causa quod timochares dixit quod ipse consideravit in alexandria in anno 36 revolutionis prime revolutionum kalip 29 die
transacto mensis tisi? diminus / 16 die transacto mensis chaucha? in
principio hore 10e / et invenit lunam fuisse in fine nissime consecuta
esse tunc septentrionalem stellam que sequitur septentrione ex stellis
que sunt in fronte scorpionis / Et fuit hora illa in anno 845° nabuchi / 16 die transacto mensis chaucha cum mane fuit dies 17 post medietatem noctis 3bus horis temporalibus que sunt tres hore et due quinte
hore equales / propterea quod sol fuit in 26 parte sagittarii / et secundum equationem
dierum cum noctibus suis post tres horas et sexta hore et fuit tunc longitudo centri lune a puncto equalitatis vernalis 31 partes et 2a partis
in longitudine / fuit quoque eius longitudo ab orbe medii signorum ad septentrionem
pars una et 3a partis / In ipso loco fuit eius longitudo 32 partes / et
fuit eius longitudo ab orbe medii signorum ad septentrionem pars una
et medietas sexte partis / propterea quod medium celi fuit tunc medium leonis /
fuit ergo tunc longitudo stelle septentrionalis que est ex stellis que
sunt in fronte scorpionis in longitudine a puncto equalitatis vernalis
ille partes 32. Et fuit eius longitudo ab orbe medii signorum ad partem septentrionis pars una et 3a partis fere / Et similiter dixit
milens / ubi consideravit in anno primo annorum troiani 18 diebus
transactis mensis mesri / cum mane fuit dies 19 in fine hore 11. quod
cornu meridianum lune fuit visum secundum rectam lineam inter ipsum et
stellam medianam et inter stellam meridianam ex stellis que sunt in fronte scorpionis / Et fuit centrum lune egrediens a linea / et fuit eius longitudo a media sicut longitudo medie a meridiana / Et estimabat
quod iam consecuta esset stellam septentrionalem ex stellis que sunt
in fronte sed non fuit manifestum / et fuit tempus etiam 845 annis
annorum nabuchi et 18 diebus transactis mensis mesri cum mane
fuit dies 19 post medietatem noctis 4 horis temporalibus que sunt 5 hore
et sexta hore equales / quia sol fuit in 23 partibus capricorni / et in orbe medie alexandrie / post medietatem noctis 4 horis et
medietate hore / et secundum equationem dierum cum noctibus suis propriis
illis / et fuit in illa hora longitudo centri lune a puncto equalitatis
vernalis secundum veritatem 34 partes et 3a partis / et fuit eius longitudo

autumpnal.

i latitudine

2 octavodecimo die transacto.

Anni	Dies	Mens	Tur	ptes	loci	Solis	ptes	Dist-	lune tatis	ptes	Latitu-	dinis
Coniuncti	dies	minu.	Seda	partes	minu	Seda	ptes	minu	Seda	ptes	minu	Seda
1126	22	38	58	173	34	30	280	19	16	62	54	5
1151	22	36	11	327	27	4	337	37	0	180	6	55
1176	22	34	24	121	19	38	24	58	44	267	19	45
1201	22	30	37	274	12	12	92	20	28	54	32	39
1226	22	37	50	68	4	47	[illegible]	42	12	181	45	29
1251	22	29	3	221	57	21	207	3	56	288	58	15
1276	22	22	16	19	49	45	264	25	4	46	11	5
1301	22	18	29	169	42	19	321	47	24	163	23	55
1326	22	16	42	323	34	54	19	9	8	280	36	45
1351	22	13	55	117	27	28	76	30	52	37	49	34
1376	22	11	8	271	20	2	133	52	36	155	2	24
1401	22	8	21	65	12	36	191	14	20	272	14	14
1426	22	5	34	219	5	10	248	36	4	29	18	4
1451	22	2	47	12	57	45	309	57	48	186	14	54
1476	22	0	0	166	50	19	7	19	32	264	53	44
1501	22	57	13	320	42	53	60	41	16	21	6	34
1526	22	54	26	153	34	27	118	3	0	128	19	24
1551	21	51	29	267	28	2	179	24	44	255	32	19
1576	21	48	52	51	20	36	232	46	28	12	45	5
1601	21	46	5	219	13	10	240	8	42	129	57	54
1626	21	44	18	9	5	44	347	29	56	247	10	44
1651	21	40	31	162	58	18	44	51	40	4	23	34
1676	21	37	42	238	21	3	102	13	24	241	37	4
1701	21	34	55	232	13	36 44	159	34	8 8	348	49	54
1726	21	32	8·15	226	6	10·57	246	56	42·9	116	2	44 6
1751	21	46	21·10	219	58	45·10	274	18	36·10	233	15	34
1726	6	46	13	211	32	58	24	2	22	230	52	38
1751	6	43	15 26·10	205	25	57 33·10	81	24	9 6·10	37	55	6 28

Hec tabula debet esse continua
Tabul coniunctionum



Expleta est dictio sexta. Incipit dictio 7a cuius 5 sunt capitula

Capitulum primum de hoc quod longitudo stellarum fixarum que est inter quasdam et quasdam est longitudo una semper et quia ipse comitantur proprietates lo co rum su o rum signorum

Capitulum 2m de hoc quod spera fixarum stellarum habet motum ad partem successionis

Capitulum 3m in hoc quod motus stellarum fixarum ad successionem signorum non est nisi super duos polos orbis meridiei signorum

Capitulum 4m in modo describendi duas tabulas stellarum fixarum

Capitulum 5m in formatione stellarum fixarum que sunt in medietate septentrionali spere et ponere earum loca in tabulis fixis

Capitulum 5m et cum eo incipit dictio 7a almagesti ptholomei de stellis

Et postquam narravimus in dictionibus que hanc precedunt dictionem ea que accidunt in spera recta et in spera declivi et certa que accidunt in modis motuum solis et lune et quod videtur in eis ex figuris secundum quod oportet incipiemus nunc secundum quod simile est ex dispositione ordinum quam sic adinvenimus scientie in hac scientia loqui de stellis. Et propter illud quod sequitur ex dispositionibus incipiemus primus loqui de stellis que nominantur fixe non mobiles. Ante omnia non permittemus ut nominemus eas. Et propter hoc quidem quod stelle omnes videntur comitari semper figuras suas fixe longitudinibus quantitatum que sunt inter eas similibus equalis motus est decens ut nominentur fixe non mobiles. Et propter hoc quidem quod spere earum in qua ipse sunt sicut solidate nate in ea videtur motus localis comitans ipsam proprius et secundum mensurationem unam ad continuitatem signorum et ad orientem econtrario motus totius non oportet ut nominetur spera fixa non mota. Ipsa enim est mota versus orientem. Nos namque ita reperimus utrasque harum duarum intentionum per ea que vidimus in hoc tempore longo ex eis que iam estimavit Abrachis ante nos per ea que invenit de his duabus intentionibus in longitudine temporis quod non est nisi cognitio et estimatio neque sunt comprehense. Ipse enim non reperit nisi consideratores valde paucas fuisse eorum stellarum fixarum non enim eam neque reperit nisi considerationes Arsatilis et timocharidis separatas tantum que quidem non sunt absque dubitatione neque sunt vere. Nos autem consideravimus quod videtur in nostro tempore per eas invenimus tunc rem comprehensam unam. Et prima illud quod stat secundum omnem finem et quod usque ad hanc horam non sunt nise alterate a locis suis sed ille figure quas consideravit Abrachis videntur usque hodie non diversificate a locis suis et neque stellarum

Reperi illud super quod steterunt in propositionibus et dictis et considerationibus quam magister de eo reddit ex tempore longo. Et quam illud quod reddit nobis ex eo quod significavit nobis abrachis de esse stellarum fixarum et est illud ad quod comparat illud quod nobis testificati sumus ipse iam presentata tunc est expressite.

Ya fuerunt tunc

Ad

que sunt in orbe signorum tantum quedam apud quasdam ita se
habent sicut ille que sunt apud orbem signorum apud eas que sunt extra
ipsum etiam. Iam autem esset ex eis que accideret si forent stelle que
sunt in orbe signorum tantum secundum modum primum quem posuit.
Abrachis et foret motus earum localis ad successionem signorum
ut essent stelle que sunt in orbe signorum apud stellas que sunt
extra orbem signorum elongate ab eis. Ista ergo declaratio
omni volenti inquirere et considerare in eo sine dilectionem amoris
si fuerit quod videtur nisi querens et quod scripsit Abrachis et
(i. affirmo) affirmavit sit propter experimentum breve inveniunt (i. pars) quod ipse scripsit
secundum plurimum quod possibile fuit ut esset notum et ut aggregat
omnem considerationem earum per ea quibus declaravit ex figuris quas
~~auctus~~ continet stelle que sunt extra orbem signorum secundum figuram
unius aliarum apud illas et apud stellas que sunt in orbe signorum.
Ipse enim affirmavit in eis que scripsit de stellis que sunt in Cancro
quod stella que est in labio meridiano Cancri et stella lucida que precedit
hoc labium dicta spondilis serpentis et stella lucida que est ex stel-
lis Canis subiecti sunt hee stelle sunt in linea recta fere. Media tamen
earum diversificatur aspectus a linea ad orientem et septentrionem
quantitate digiti unius et medietatis longitudines vero que sunt
inter eas sunt equales. Et scripsit de stellis que sunt in Leone quia
due ex stellarum que sequuntur orientem et stella que nominatur spondil
serpentis et est in gibbositate gule serpentis sunt super rectam lineam.
Et scripsit etiam quod linea extensa super caudam Leonis et super cau-
dam que est in fine cauda Urse et sub cauda Leonis est aggregatio ante
decem stellarum que nominantur motores. De eis vero que sunt in Virgine
et quod in eis que sunt inter pedem Virginis septentrionale et inter
pedem Ululantis sinistrum sunt due stelle quarum una lucida est
meridionalis que est similis pedi Ululantis et est ei diversitas as-
pectus super lineam rectam descriptam super duos pedes ad orientem
et altera est septentrionalis que est medietas apparentis que ambe sunt
super lineam rectam oppositam linee duorum pedum et precedit harum duarum
que est medietas apparentis duas stellas apparentis facientes in
medietate apparentis triangulum duorum equalium laterum cuius caput
est medietas apparentis et hee stelle sunt super lineam rectam oppositam
astimech Alameth et pedi Virginis meridiano. Et etiam quod in eis que sunt
inter Asimech Alahazel et inter secundam extremitatis caude (ecke) que
sunt in spondilibus serpentis sunt tres stelle super lineam rectam ad.

Verum tu ergo pone in hac inventione inquirendo ut fiat facile in experiendo et planius propter de eo quod ipse scripsit ex eo tuus intellectus est facilis propter et propter possibile est ut sciatur super considerationes omnes

i. precedit caput ~~serpentis~~

2. Alganusa

stella que est in extremitate caude Urse et est donec maxima declinationis a stella apparente

lanceatori
i. inhermie

Asimeth Alramech i. non armatus(?) et est lanceator vel arthofilax. Sed Asimech Alazel est i. inermis et est in cornibus vel spica et sunt albe de maxima prima

iniuctem / et media capitis opponitur astimech in extremi opponitur
et stelle extremitatis caude serpentis / Et de stellis que sunt in libra
quod stella que opponitur stellis lucidis que sunt ad septentrionem
ex stellis libre fere est stella lucida Et ab unaquaque parte duorum
laterum est stella parua opposita ei / et facit lucida cum eis figu
ram triangulam. Et stellis autem scorpionis quod linea recta de
scripta super stellam orientalem ex eis que sunt in fronte scorpi
onis et super genu dextrum delatoris ^ secat longitudinem que est ^ serpentis
inter duas precedentes que sunt in pede dextro latoris serpentis
Due enim spondiles spine quarta et 5a sunt super lineam rectam opposite
stelle lucide que est in medio lateris / et etiam quod stella septentrionalis
earum que sunt in basi lateris est opposita ~~vel est opposita~~ spondili qui est spi
ne fere in eis que sunt inter eas / et inter eam que est in medio la
teris Longitudo namque eius ad unamquamque earum est propinqua equali
tati / et de stellis que sunt in sagittario quod sunt due stelle earum
que sequuntur oriente tuli qui est sub sagittario / lucide apparen
tes / quarum longitudo que est inter eas secundum quod apparet visui oculi est secundum quantitatem
trium cubitorum / quarum luminosior existit ^ est super pedem sagittarii / et
est opposita secundum lineam rectam fere medie trium apparentium
lucidarum / ex eis que sunt in tulo in quo ipse sunt / ad id quod sequitur
orientem / et opponitur stelle orientali ex eis que sunt in qua
drato quadrilatero / quarum quedam opponuntur aliis sub angulis
et due longitudines que sunt inter eas sunt equales / et
septentrionalis earum est que habet diuersitatem aspectus / ab hac
linea ad oriente / et opponitur stellis lucidis que opponuntur
angulis in quadrato habente .4. latera / De stellis uero que sunt in
aquario quod due stelle propinque in capite equi que sunt euacua
torium aquarii precedens / et stella que est in humero aquarii quod
subsequitur sunt super lineam rectam fere Et illa linea equidistat
linee que est ad spatula aquarii precedente ^ ad illam que est in man
dibula equi / et etiam quod stella que est in humero dextri precedente
Et stella lucida duarum stellarum que sunt in ungula equi / et que
est in summe equi sunt super lineam unam rectam / et earum longi
tudines sunt equales Linea autem descripta super mensuram equi
et super eam que sequitur orientem ex .4. que sunt in pectore
eius secat lineam descriptam super duas stellas propinquas que
sunt in capite equi ~~etiam~~ / duo media ortogonaliter fere

De eis autem que sunt in pisce est stella que est super musidam
piscis meridionalis. Et lucida que est in duobus humeris equi et
lucida que est in pectore equi sunt super lineam rectam. Et de eis
que sunt in ariete est ea que precedit basim trianguli ad partem ori-
entis cum sit diuersitas apparens super lineam descriptam super
stellam que est in musida arietis et super pedem sinistrum mulieris
digiti vnius et etiam ea que precedit eas que sunt in capite arietis
et porcione mediocris basis trianguli sunt super rectam lineam. Et de
hiis que sunt in tauro est stelle que sequuntur orientem ex eis que sunt
in aldebaram et stelle que sunt extra pellem excoriati que sunt (i. nepa)
in manu sinistra ex stellis lucidis quas inuenit a septentrione
super oculum precedentem tauri et super stellam septimam a parte septe-
ntrionis ex eis que sunt in pelle excoriati separantur ~~vel separantur~~ (vel declinat)
a stella lucida que est ex eis que sunt in aldebaran quantitate di-
giti. De eis vero que sunt in geminis est super caput geminorum est stel-
la super lineam rectam posterior capite secundum triplum longitudinis
que est inter duo capita. Stella autem opponitur stellis meridionalibus
ex nebulosarum que sunt in summitate. Hec ergo figure et earum similes
continent omnia que considerantur ex eis que sunt in spera et non
uidemus usque ad hanc diem hanc figuram earum alterari ab ha-
bitudine sua. Et illud est quod oportuit ut accideret et ut esset
manifestum in sensu in eis que sunt inter 260 annos si esset motus
localis ad orientem hiis stellis que sunt in orbe signorum tantum.
Nos autem ponemus sequentibus post nos plures figuras que sunt
similes istis ut subtiliter intuantur et considerent ~~in~~ eas in eo
quod prolongatur ex tempore et addemus ex eis que non firmantur in libro
antiquo sed ex eis que nostris temporibus considerauimus consideratori-
bus et secundum quantitatem qua possibile est ut sit planius eis. Incipia-
mus vero in eo a stellis que sunt in ariete. Dicam ergo quod due stelle sep-
tentrionales que sunt extra has que sunt in capite arietis et stella
lucida que est in genu equitis septentrionali et nominatur dux ensis et
capud et ea que nominatur alaioth sunt super lineam rectam. Et eadem linea de-
scripta super alaioth et super lucidam ex aldebaran declinat a stella
~~que est in stella~~ que est in pede antecedente alaioth ad orientem parum. (Postella communis pedis tenentis habenas sequens et extremitati)
Et stella que nominatur capud et nominatur alaioth et quinas pedis a-
laioth que sequitur extremitatem cornu tauri septentrionalis et alia
que est in humero antecedente aurige super lineam rectam. Et eadem stelle

lucide que sunt caput geminorum / et stella lucida que est in gula serpentis ~~serpentis~~ diaboli sunt super lineam rectam fere / Due quoque stelle propinque sunt in pede antecedente ursi que nominantur benenas / et stella que est in extremitate labii cancri septentrionalis et septentrionalis que est ex asellis sunt super lineam rectam fere / et similiter cuius meridiana et orientalis que est in cane submersa et apparens que est in eis que sunt inter eas / et est ea que precedit stellam que nominatur spina serpentis sunt super lineam rectam fere / linea quoque que est a stella lucida media stellarum que sunt in gula leonis / ad stellam lucidam que est in spina serpentis / declinat a stella que est in corde leonis ad oriente parum Et linea que est a stella lucida que est in lubo leonis / ad lucidam que est in termino lateris posterioris et est meridionalis a lateribus que sequuntur oriente huius ex lateribus / declinat a duabus stellis propinquis que sunt in extremitate pedis qui sequitur ursi ad occidente parum / Et etiam linea que est a stella que est in postremo corpore virginis ad stellam extremitatis caude serpentis que est extra spina eius declinat ad occidente parum a stella virginis et est azimech i. inermis alahazel. Et linea que est ab azimech inermi ad stellam que est in capite virginis recedit ab azimech lanceatore ad oriente parum. Azimech vero inermis et due stelle que sunt super duas alas corvi sunt super lineam rectam Et Azimech inermis et stella que est in postremo corpore virginis et lucida septentrionalis earum que sunt in manu antecedente ululantis sunt super lineam rectam / et etiam due stelle lucide que sunt in libra / et stella que est in extremitate caude serpentis extra spinam suam / sunt super lineam rectam fere / Et stella lucida que est in labio meridiano / et azimech lanceator / et medietatum que sunt in cauda ursi et est benenas maior sunt super lineam rectam Et stella lucida que est in labio septentrionali / et azimech lanceator / et stella que est in posteriore corpore ursi / sunt super lineam rectam Et etiam stella que est super nates et tauris que sequitur ex latere serpentis / et ea que est in spondili quinto scorpionis / et precedens duarum stellarum propinquarum que sunt in spinis eius / et sunt assimulata / sunt super lineam rectam / et stella antecedens earum que sunt in pectore scorpionis / et due stelle que sunt in duobus genibus lateris serpentis faciunt figuram triangulam dicorum equalium laterum / cuius corpus est antecedens earum que sunt in pectore / Stella quoque que est super calcaneum sagittarii

antecedens meridionale que est magnitudinis secunde in quantitate/ — Et est extremitas corone.
et stella que est super astulam/ et stella que est in genu quod sequitur
latorem serpentis sunt super rectam lineam/ et stella que est in genu
sinistro pedis sagittarii et opponitur corone/ et est alferati/ et stella que
est super astulam/ et stella que est in genu precedente latoris serpentis
sunt super lineam rectam/ Linea quoque continua a stella lucida que est — Et est quasi linea recta que continuat inter stellam lucidam stellarum toleary et est vulturis cadentis
in vulture cadente/ ad stellas que sunt super duo cornua capricorni/ de- — et inter duas stellas que sunt in duobus cornibus eius
clinat a stella que est in vulture volante ad orientem parum/ Et li- — precum pertransit stellam lucidam que est in
nea que est a stella lucida que est in vulture volante/ ad stellam — vulture volante ab ea parte que sequitur
que est in musida piscis meridionalis/ que est in quantitate prime — septentrionem. Sed autem ipsam et ipsa est tres partes
magnitudinis secat longitudinem que est inter duas stellas lucidas
que sunt super caudam capricorni in duo media fere/ et linea [circa] que
est a stella que est in musida piscis meridiani que est magnitudinis prime
in quantitate/ ad stellam que est in musida equi/ declinat a stella
lucida que est ex eis que sunt in humero aquarii que sequitur ad orientem
parum/ Due quoque stelle que sunt in orbibus duorum piscium meridionales et
due precedentes horum ... latere que est in aquo sunt super lineam rectam/
has quoque figuras siquis voluerit comparare ad ea que posuit abra-
chis de stellis in spera corporea/ et ad naturam que est in eis nunc
inveniet loca earum in spera illa/ que fuerunt tunc secundum illam consideratorum
fere secundum quod ipse [posuit] dixit. Et hoc quod diximus et quod sunt eis similia est pos-
sibile scire quod motus omnium stellarum que vocantur fixe/ ut currentes est
motus unus et proportio longitudinis que est inter quasdam earum ad alias
est proportio una. Capitulum secundum de hoc quod spera stellarum fixarum movetur motu ad
partem successionis signorum

Declaratum autem nobis quod spere earum motus inest et proprius/ contrario
motui toti/ scilicet motui orbis [meridiani] magni/ descripti super polos con-
borum orbium orbis equationis diei et orbis signorum/ Propter hoc
quod illarum stellarum non fuerunt longitudines a punctis duorum tro-
picorum et duarum equalitatum una/ et in nostro tempore longitudines
[earum] invenimus longitudines quanto plus antiquantur anni/ plures
longitudinibus primis secundum successionem signorum ab illis punctis/
Abrachis namque dixit in libro suo quem edidit de localibus mo-
tibus earum a punctis duorum tropicorum et duarum equalitatum/ cum
posuit eclipses lunares secundum consideratores subtiles veras/ et per consi-
derationes eorum qui fuerunt antiquiores eo sicut sunt consideratio tymoc-
haridis/ quod longitudo stelle astimech inermis a puncto [autumpnali] vernali ad
partem consecutionis signorum/ in annis quidem suis et tempore suo fuit
6 partes. In annis vero timachardis fuit 8 partes fere/ Et simili- [va]
dixit quod astimech inermis precedit punctum vernale ad partem consecutionis — In alio autumpnali
signorum. In annis quidem suis et tempore suo fuit 6 partes. In annis

Left margin notes: i. astellam; scilicet; vere
Right margin note: motus orbis magni i. meridiani dicitur ipse describitur super polos capitulo 7 et 30

In alio
Aequinoctiale

vero Timochardis fuit .8. partes fere. Et similiter dixit quod astronomicorum
inventus predixit punctum vernale in longitudine signorum in eo
quod antiquatur ex tempore a prioribus et inveniendum quod est in eo . 6 . par-
tibus. In eo vero quod sequitur hoc ex sermone suo in eis que compre-
hendit et consideravit de stellis fixis aliis stellis declaratur quod hec longi-
tudo est ad partem successionis earum. Et similiter illud quod nos inve-
nimus de longitudinibus stellarum fixarum a punctis duarum equalita-
tum et duorum tropicorum antea consideravimus ipsum ad sermonem con-
siderationes Abrachis, et ad illud quod ipse posuit in libro suo, et invenimus
ipsum secundum quantitatem huius motus localis ad partes successionis signorum.
Nos vero fecimus considerationes nostras et inquisitiones nostras per hoc in-
strumentum quod accepimus ad considerationes longitudinum, que sunt
inter solem et lunam, in luna quarum partium orbis signorum. Prima quidem
duarum armillarum fecimus considerationem nostram et equationem, cum con-
volvimus comprehensionem in hora considerationis transitus lune qui
videtur in ea, et alteram quidem armillam applicavimus ad stellam
que inquiritur ut videamus per ipsam lunam et stellam simul unaquaque earum
in opposito loci sui. Et similiter ex longitudine que est inter lunam et unam-
quamque illarum stellarum lucidarum sciremus loca earum. Exemplificabo autem
unus earum exemplum. Consideravimus in anno qui est secundum annos
Antonini transactis 9 diebus mensis Farmuthi qui est ex mensibus
Egyptiorum apud occasum solis in Alexandria, et fuit medium celi
postrema pars Tauri, scilicet post medietatem diei tertii noni 4 horis
et medietate hore. Invenimus ergo longitudinem lune a sole que
fuit sol visus in tribus partibus Piscium 92 partes et 8 partis. Et post
medietatem hore, et occasum solis, cum fuit medium celi quartus
gradus Geminorum, et fuit locus lune in quo ipsa visa est per consi-
derationem instrumenti in loco suo. Et fuit visa longitudo stelle cordis
Leonis a luna per armillam aliam ad partem successionis signorum earum
in orbe medii signorum 57 partes et 6ª partis, et fuit in principio sol
illius in tribus partibus et medietate 10 partis Piscium fere. Fuit
ergo tunc locus lune in quo fuit visa propterea quod eius longitudo fuit
tunc a sole 92 partes et 8ª partis ad partem successionis signorum
4 partes Geminorum et 6 minuta fere, et illud est longitudo que opor-
tuit esse secundum modum quem narravimus. Et oportuit ut esset mo-
tus lune in medietate hore ad partem successionis signorum quarta
partis unius fere, et ut esset diversitas aspectus eius ad consionem signorum
addens super locum eius primum secundum quantitatem medietatis sexte unius

Postea consideravimus stellam que est super cor
Leonis post medietatem hore, cum sol iam
occubuisset et mediasset celum gradus quartus
Geminorum secundum hoc quod luna consideravimus
in illo eodem loco sit prius et invenimus
per unam duarum armillarum longitudinem
eius a luna prius secundum successionem eorum
in orbe signorum

Et sex partes

Fuit ergo locus lune in quo visa fuit post medietatem hore — et visa
4 ptes et 3a ptis geminorum. Quare fuit locus cordis leonis
due ptes et medietas ptis leonis quoniam eius longitudo fuit
visa a luna ad ptem successionis signorum 57 ptes et 6. ptes
Et fuit eius longitudo a puncto tropici estivalis 32 ptes et me
dietas. Et quemadmodum scripsit Abrachis qui consideravit in anno
50 revolucionis Kalipi tercie fuit longitudo stelle cordis leonis a
puncto tropici estivi et ad ptem successionis signorum 29 ptes
et medietas ptis et tria ptis. Et fuit longitudo stelle cordis le
onis ad ptem successionis signorum due ptes et due tercie ptis in
annis qui sunt in eo quod est inter consideracionem Abrachis usque ad primum
annorum Antonini in quo fuit plurima consideracionum nostrarum transi — tempora
tum fixarum stellarum qui aggregantur 267 anni. Et hoc invenimus eciam
quod elongatur stella ptem unam ad ptem successionis signorum
in 100 annis fere. Et iam vidimus Abrachis indixisse in eis que — Et secundum quod invenimus Abrachis est estimans se in eis que scripsit de quantitate anni non dixit quod si esset propter hanc causam ut duo puncta duorum tropicorum et duo puncta duarum equalitatum moventur secundum successionem signorum in anno non minus parte centesima ptis unius oportet ut in 300 annis non moveantur non minus tribus ptibus
scripsit de magnitudine quantitatis dierum anni. Et similiter propter
hanc causam erit motus localis punctorum duorum tropicorum et duarum
equalitatum ad ptem successionis signorum in anno uno non minus
parte 100ma ptis unius et oportet ut non sit motus localis earum in 300
annis minor tribus ptibus. Et secundum similitudinem huius modi cum nos co
sideravimus longitudinem aspicientes invenimus et aliarum lucidarum stel
larum que sunt in orbe medii signorum a luna alleviabitur nobis
inveniendo longitudinum que est inter quasdam earum ad alias et
erit illud eciam simile illi quod est in consideracionibus Abrachis fere. Et
erunt longitudines earum a punctis duorum tropicorum et duarum equali — salz
tatum et eciam quod earum ad ptem successionis signorum ille due ptes
et due tercie ptis semper sic illud quod scripsit Abrachis. Capitulum 3m
de hoc quod motus stellarum fixarum ad successionem signorum non est

Ex eis non que perdiximus sit apud nos nisi super polos orbis signorum
notum quod spera stellarum fixarum habet motum localem ad
ptem successionis signorum secundum hanc quantitatem quam narravi
mus. Post hec autem oportet ut aspiciamus an super duos polos orbis
equinoccialis diei sit iste motus an super polos orbis medii signorum
declivis. Iam ergo oportet ut declaremus illud quod elongaciones in longi
tudine orbes cum magnum descripti super duos polos unius horum duarum orbium — Et huius meccionis gratia iam alleviatur nobis transitum stellarum que in latitudine in eo quod precessit ex tempore et ex tempore nostro hoc similiter cum duorum circulorum scilicet equacionis diei et circuli signorum quia invenimus stelle secundum situacionem longitudine in latitudine inter eas manifestum est quod motus spere earum non est nisi super duos polos circuli earum
secabit arcus divisos ex unoquoque eorum si non fuit elongacio in longi
tudine huius temporis prima cum Erit ergo diversitas que est propter ea
rum permissiones narraciones non sensibilis plurimum non quo declaravit
illud nobis fuit transitus earum in latitudine sua et in nostro tempore

cum videntur nisi comitari semper longitudine illarum in latitu-
dine, a quocumque duorum orbium fuerit, scilicet ab orbe equationis
diei aut ab orbe medii signorum. Manifestum est ergo quod mo-
tus spere stellarum fixarum non est nisi super duos polos orbis si-
gnorum. Sed Abrachis etiam iam vidit quod motus earum est super
duos polos orbis declivis. Ipse namque narravit in libro de motu suo
locali punctorum duorum tropicorum et duarum equalitatum earum, quod ali-
mech inermis removetur a longitudine sua in latitudine non
solum ab orbe equationis diei sed etiam ab orbe medii signorum
ex eis que consideraverunt Timocharides et ex suis considerationibus, et
quod longitudo eius ad meridiem ab orbe signorum fuit due partes in
principio illius et in fine illius. Et propter illud in libro suo 2° cum dixerit
annis non scripsit nisi motum qui est super polos orbis medii signorum,
tamen cum tamen est dubitatio, sicut ipse dixit, propter hoc quod considerationes que
fuerunt secundum tempus Timocharidis non sunt credite, quoniam fuerunt
cum instrumento magno valde. Et non fuit diversitas que fuit
in eo quod est inter duo tempora magna, ut ea comprehenderetur certi-
tudo eius cum inquiritur comprehensio et verificatio. Nos vero quesitis
invenimus certitudine considerationis Ysomenes inermis in principio
illius temporis et maioris et fere omnium stellarum, tunc vere et certe dicimus
quod earum motus est super polos orbis declivis. Nos enim iam invenimus
longitudines in latitudine cum quo earum ab orbe medii signorum
in orbe magno descripto super duos polos eius per considerationes nostras
et illas longitudines longitudine una contineri ab eo quod scripsit
et collegit Abrachis. Aut diversitas que est inter ea est parva et secundum
quantitatem que si pretermissa fuerit non impedit in considerationibus.
In longitudinibus autem que sunt ab orbe equationis diei in orbe ma-
gno super duos polos per considerationes non invenimus quod comprehendimus
per considerationes nostras convenientes ei quod comprehendit Abrachis per considera-
tiones suas scriptas secundum modum unum, neque invenit Abrachis quod ipse
comprehendit per considerationes suas convenientes ei quod comprehenderunt ho-
mines temporis Timocharidis. Hoc ergo est plurimum quod apud nos firma-
vit quod latitudines earum ab orbe medii signorum in orbe magno de-
scripto super duos polos eius sunt longitudines une. Nam non
reperiuntur stelle que sunt in medietate spere que est a puncto tropici
hyemalis ad partem puncti vernalis ad punctum tropici estivalis ad sep-
tentrionem semper longitudine antiqua ab orbe equationis diei
Et reperiuntur stelle alie que sunt in medietate altera secundum contrarium eius quod

v latitudine

x: vel longitudinis

declinores

q est in hac medietate. Et que cap[itum] sunt propinquiores duobus punctis
equationis diei sunt maioris diversitatis. Et est quantitas longi
tudinis illius secundum quantitatem longitudinis eius in longitudine
Et similiter portiones que secant orbem medii signorum sunt aut ad sep
tentrionem aut ad meridiem ab orbe equationis diei. Et ut per pau
ca quorum acceptio est propinqua firmetur quod diximus firmabimus in una
quaque duarum medietatum partem quas diximus quod scriptum est de lon
gitudinibus earum in latitudine ab equatore diei in orbe magno
super duos polos eius secundum quod posuerunt illi qui fuerunt secundum tempus
timochardis et secundum quod posuit abrachis et secundum quod nos posuimus ex
eis que nos comprehendimus per illum modum. Stellam autem lucidam
que est in vultu volantis timochardes scripsit se invenisse ad
partem septentrionis ab equatore diei elongari 4 partibus et 10 minutis
partis. Et similiter dixit abrachis et nos iam invenimus eam 4
partibus et medietate et tertia. Et scripsit timochardes quod ipse reperit
medium pliadis ad partem septentrionis ab equatore diei 15 partibus
et medietate partis. Et scripsit abrachis quod ipse reperit illud 14 partibus
et 6 partis. Nos autem invenimus 15 partibus et quarta partis. Et scrip
sit thimochardes quod ipse reperit lucidam ex aldebaran ad partem septentrionis
ab equatore diei elongari 8 partibus et medietate et 10a. Et scripsit
abrachis quod ipse reperit eam 9 partibus et medietate et quarta partis.
Nos vero invenimus eam 11 partibus. Et scripsit arsatil quod ipse reperit
stellam lucidam splendidam que est in alaioth et alaioth nominatur
capra ad partem septentrionis elongari ab equatore diei 40 partibus
et scripsit abrachis quod invenit illam 40 partibus et duabus quintis partis
Nos vero invenimus eam 41 partibus et 10 partis. Et scripsit timochar
quod ipse reperit stellam lucidam que est in humero antecedente gemi
norum et est audax ad partem septentrionis elongari ab equatore di
ei parte et 4 partis. Et scripsit abrachis quod reperit eam parte et 10
quintis partis. Nos autem invenimus eam duabus partibus et medietate partis.
Et scripsit thimochardes quod ipse reperit stellam luminosam lucidam que
est in humero subsequente geminorum et est audax ad partem sep
tentrionis ab equatore diei elongari tribus partibus et medietate et
3a. Et scripsit abrachis quod ipse reperit eam 10 partibus et tertia partis.
Nos vero invenimus 4 partibus et quinta partis. Et scripsit thimochardes quod
ipse ~~scripsit~~ stellam luminosam lucidam que est in ore canis et ca
nis est alahabor et est canis pertransiens ad partem meridiei ab equatore
diei elongari 16 partibus et tria partis. Et scripsit abrachis quod ipse

Margin notes:
Et que cap[itum] sunt propinquiores duobus punctis duorum tropicorum sunt minoris diversitatis.
vult[us] volantis
pliad[es]
aldebra[n]
alaioth
audax
audax
reperit
Canis
Et est canis alahabor

recepit illam 16 partibus. Nos autem invenimus eam 14 partibus et
medietate et quarta. Et scripsit Arsatal quod ipse recepit stellam
antecedentem duarum lucidarum ex eis que sunt in duobus capitibus
geminorum ad septentrionem ab equatore diei elongari 33 partibus
Et scripsit Abrachis quod ipse recepit eam 33 partibus et 6 partis.
Nos autem inde invenimus eam 33 partibus et duabus quintis partis. Et
scripsit Arsatal quod invenit stellam secundam duarum ad partem septe
trionis ab equatore diei elongari 30 partibus. Et scripsit Abrachis
quod ipse invenit illam similibus illis. Nos vero invenimus illam 30
partibus et 6a partis. Loca vero omnia que diximus harum stellarum in lon-
gitudine sunt in una harum medietatum spere quas diximus, et est
medietas continens punctum equalitatis vernalis. Et sunt eius longi-
tudines earum ab equatore diei in latitudine in eis que pertransierunt
ex tempore maioris declinationis ad septentrionem, eis quorum tempus
antiquatum est. Que vero earum sunt in portionibus circuli que sunt propinqui-
ores duobus punctis duorum tropicorum minoratur earum declinatio
valde. Et que sunt propinquiores duobus punctis duarum equalita-
tum accrescit earum declinatio. Quapropter oportet ut sit motus
localis spere stellarum fixarum ad partem successionis signorum
super duos polos orbis declivis, eo quod partes circuli huius medi-
etatis que sunt ad partem successionis signorum sunt maioris declina-
tionis semper ad partem septentrionis eis que sunt ad partem antecedentis
signorum. Et que sunt earum ex portionibus circuli que sunt propinquiores duobus
punctis duarum equalitatum minoratur earum diversitas, et ex eis duorum
tropicorum minoratur diversitas. Et in medietate spere alia opposita
huic medietati Thimocharis quidem scripsit quod ipse recepit stellam
cordis leonis ad partem septentrionis ab equatore diei elongari 21
partibus et tertia partis. Et scripsit Abrachis quod ipse recepit eam 20 partibus
et duabus tertiis partis. Nos autem invenimus eam 19 partibus et me-
dietate et tertia partis. Et scripsit Timochari quod ipse recepit stellam virgi-
nis, et est Acimech inermis, ad partem septentrionis elongari parte
una et duabus quintis partis. Et scripsit Abrachis quod ipse recepit
eam tribus quintis partis tantum. Nos vero invenimus eam medietate partis ad
partem meridiei elongari ab equatore diei. Et scripsit Arsatalis quod
ipse recepit unam trium que sunt in cauda urse minoris, que est
in extremitate caude, ad partem septentrionis ab equatore diei elongatam
61 partibus et medietate partis. Et scripsit Abrachis quod ipse recepit eam
60 partibus et medietate et quarta partis. Nos vero invenimus eam

ut medietate et quarta

Capit. geminorum

ut medietate

Capit. geminorum

Cor leonis

Inermis

Cauda urse minoris
i. benenays

44 partibus et duabus tertiis partis. Et scripsit Arsatil quod ipse reperit stellam sedam ab extremitate que est in medio caude ad partem septentrionis ab equatione diei elongatam 64 partibus et quarta partis. Et scripsit abrachis quod ipse invenit eam 66 partibus et medietate partis. Nos autem eam invenimus 64 partibus. Et scripsit arsatil quod ipse reperit stellam 3am ab extremitate que est super radicem caude ad partem septentrionis ab equatione diei elongatam 68 partibus et medietate partis. Et scripsit abrachis quod ipse reperit eam 64 partibus et duabus 3iis. Nos vero invenimus eam 66 partibus et quarta partis. Et scripsit thimocharis quod ipse reperit stellam asimech alramech ad partem septentrionis elongatam 31 partibus et medietate partis. Et scripsit abrachis quod ipse reperit eam 31 partibus. Nos autem invenimus eam 29 partibus et medietate et 3a partis. Et scripsit thimocharis quod ipse reperit lucidam stellarum lucidarum que sunt in duobus labiis scorpionis, que est in extremitate meridiana ad partem meridiei ab equatore diei elongatam 4 partibus. Et scripsit abrachis quod ipse reperit eam 4 partibus et tribus quintis partis. Nos autem invenimus eam 8 partibus et 6 partis. Et scripsit thimocharis quod ipse reperit stellam que est super extremitatem septentrionalem ad partem septentrionis ab equatione diei elongatam parte una et 4ta partis. Et scripsit abrachis quod ipse reperit eam duabus quintis. Nos autem invenimus ipsam ad partem meridiei ab equatione diei parte una. Et scripsit thimocharis quod ipse reperit stellam lucidam que est in scorpione que nominatur antares ad partem meridiei ab equatore diei elongatam 18 partibus et tertia partis. Et scripsit abrachis quod ipse reperit eam 19 partibus. Nos vero invenimus eam 20 partibus et quarta partis. Omnia vero que diximus de stellis huius medietatis posterioris oportet ut sint secundum consideracionem eorum quorum premisimus narracionem in medietate priori, ut sint longitudines earum ab equatione diei in latitudine maiores que postificantur ex tempore minoris declinationis ad meridiem, et ea que sunt in eis quarum tempus antiquatur secundum similitudinem illius consideracionis. Et invenimus ex illo ut sit motus spere stellarum fixarum in longitudine ad partem successionis signorum 100 annis una parte fere, cum quod processit ex veritate motus in 265 annis qui fuerunt in eo quod est inter duo tempora, scilicet tempus consideracionis abrachis et tempus consideracionis nostre, due partes et due 3e partis. Et ut sit ad plenum quod declaratur illud per hoc invenimus ex diversitate in latitudine earum que sunt propinquiores duobus punctis duarum equalitatum. Mediam quidem pliadum reperit abrachis ad partem septentrionis

---

Marginal notes (left):

penultima caude

Radix caude

lanceatoris

labium medium III i. azubene

labium ale III i. azubene

Cor scorp.

Marginal notes (right):

i. initium

i. propter multitudinem cor scorpionis

pectore

i. Et comprehensio illius erit per similitudinem eius quod reperitur in latitudine stellarum que sunt apud duo puncta duarum equalitatum manifestior. Et illud est quia stella mediam pliadum abrachis invenit magis declinatam ad septentrionem ab equatore diei

14 ptibus et 6 ptis / nos vero invenimus eam 16 ptibus et
quarta ptis / fit ergo diversitas que est inter duas consideraciones
ad septentrionem pars et medietas 6e ptis. Et illud est quantitas di-
versitatis longitudinis ab orbe equacionis diei in latitudine
in fine arietis duarum ptium et duarum tciarum ptis q sunt in longi-
tudine ad ptem successionis signorum illius / Aldebaran vero que
nominatur illius hinc longitudo ad septentrionem ab equacione diei
secundum quod reperit abrachis est 10 ptes et due quinte ptis. Et secundum
nos invenimus 11 partes et 4 ptis. Fit ergo declinacio ad sep-
tentrionem 10 quinte ptis fere. Et illud est quantitas diversitatis
longitudinis ab orbe equacionis diei in latitudine in medio tau-
ri duarum ptium et duarum tciarum ptis que sunt in longitudine ad
ptem successionis signorum illius temporis / Stellam vero que est
(i. fugientis)
super humerum antecedentem geminorum et est aiudap invenit abra-
chis ad ptem septentrionis ab equacione diei elongata pte una
et 10 quintis ptis / et nos invenimus eam duabus ptibus et medieta-
te ptis. Fit ergo declinacio ad septentrionem medietate et quinta
ptis. Et illud est quantitas longitudinis ab orbe equacionis in lati-
tudine in fine tauri duarum ptium et duarum 3arum ptis que sunt in
longitudine ad ptem successionis signorum illius temporis. Et
(beneuays)
stellam que est in extremitate caude urse / et est benenmasi minoris
reperit abrach ad ptem septentrionis ab equacione diei elongatam
60 ptibus et medietate et 10 ptis / et nos invenimus eam 59 p-
tibus et duabus 3iis ptis / Fit ergo declinacio ad meridiem pte
una et medietate sexte ptis. Et illud est quantitas diversitatis longi-
tudinis ab equacione diei in latitudine in principio libre duarum p-
tium et duarum tciarum ptis / que sunt in longitudine ad ptem successionis
signorum illius temporis / Et stellam asimech lanceatoris invenit
(i. alrameh)
abrachis ad septentrionem ab equacione diei elongatam 31 ptibus
et nos invenimus eam 29 ptibus et medietate et tria ptis / Fit
ergo declinacio ad meridiem pte [illegible] et 6 ptis / et illud est quantitas
diversitatis longitudinis ab equacione diei in latitudine in principio
libre duarum ptium et duarum tciarum ptis / que sunt in longitudine ad
ptem successionis signorum illius temporis fere. Et etiam erit mani-
festum quod diximus de istis consideracionibus / ex eo quod volumus dicere / q
themoch[is] scripsit / quod ipse consideravit in alexandria in anno 12
revolucionis prime revolucionum 16 annorum revolucionum felis (i. philippi)

Et similiter etiam stellas que sunt in medietate
sphere opposita huic medietati sicut stella que dicitur
asimech alahazel. Abrachis quidem reperit
declinatam ad septentrionem ab equacione diei
3bus quintis ptis. Et nos quidem invenimus
eam declinatam ad meridiem ab equacione diei
medietate ptis. Fit ergo magis declinata
ab eo quod fuit ad meridiem pte una et 10a
ptis et illud est summa eius quod supplent
latitudo ab equacione diei duarum ptium et duarum 3iarum
ptis orbis signorum que sunt in fine virginis

8 diebus mensis asatano / scilicet 29 diebus transactis mensis athir /
qui est ex mensibus egyptiorum / in postremo hore tercie / et invenit
quod lune fuit visa medietas / que sequitur meridiem / super medietatem — *[margin:]* et alterius medietatis
tem pliadis que est ad partem successionis signorum secundum veritatem fuit /
fuit quod ille annus 865 annorum nabuchodonosor 29 die transacto mensis
athir egyptii cuius mane fuit dies 30 / ante medietatem noctis tribus
horis temporalibus / que sunt tres et 3a hore equales / quoniam fuit sol in 9
partibus aquarii / et fuerunt hee secundum equationem dierum cum noctibus suis
quinque illis / et fuit locus lune secundum illud quod aggregatur ex tempore in illa
hora vere secundum modum cuius premisimus declarationem 20 minuta partis geme-
torum / scilicet quia longitudo eius fuit a puncto equalitatis vernalis 30
partes et 20 minuta et fuit longitudo lune tunc ad partem septentrionis
ab orbe signorum in latitudine tres partes et 84 minuta / et fuit locus
lune visus in alexandria in longitudine 29 partes et 20 minuta ari-
etis / fuit ergo longitudo eius ad partem septentrionis ab orbe medii
signorum in latitudine tres partes et 39 minuta quoniam medium
celi fuit due partes geminorum fuit ergo longitudo postrema pliadis que
est ad partem successionis signorum tunc a puncto equalitatis vernalis
ad successionem signorum 29 partes et medietas partis fere cum tempus hoc
circa precesserat ipsum ad successionem signorum / et fuit longitudo eius ad
partem septentrionis ab orbe medii signorum in latitudine tres partes
et due 3e partis fere et fuit ad partem septentrionis a centro lune parum
et scripsit agrinus quod ipse consideravit in bethania in anno 12 an- — *[margin:]* agrinus vero consideravit in civitate que vocatur bethania et scripsit quod in anno 12o annorum domiciani in vico supe- riorum vocato marcus in nocte septima eius in principio hore 3e et
norum domiciani / et est apud eos annus 1 annorum matrach
et in principio hore tercie noctis / luna iam cooperuerat partem pliadis me-
ridiana sequente cornu suo meridiano / fuit quod annus 840 annorum na-
buchodonosor duobus diebus transactis mensis tobi qui est ex mensibus egyp-
tiorum / cuius mane fuit dies tercius / ante medietatem noctis 8 horis tempor- [i. equalibus]
alibus / que sunt 9 hore equales quoniam hora qua sol fuit in 6 partibus tauri / sagittarii
fuit ergo consideratio apud orbem meridiei in alexandria ante medietatem
noctis 4 et tria hore equalibus / et fuerunt hore secundum equationem dierum
cum noctibus suis ante medietatem noctis 4 hore et medietas et quarta
hore / et fuit tunc luna in illa hora secundum veritatem in tribus partibus et 1
minuta tauri et fuit longitudo eius ad septentrionem ab orbe medii
signorum in latitudine 4 partes et medietas et tria partis / et fuit visus
in bethania locus centri lune in longitudine tres partes et quarta
partis et fuit longitudo eius ad septentrionem ab orbe medii signorum
in latitudine 4 partes quoniam hora qua medium celi fuerat due partes piscis
fuit ergo tunc longitudo lateris pliadis que est ad successionem signorum

in longitudine a puncto equalitatis vernalis ad successionem signorum
in longitudine a puncto .33. partes et quarta partis | Et fuit longitudo
eius ad partem septentrionis ab orbe medii signorum in latitudine
tres partes et due 3e partis ¶ Iam ergo demonstratum est quod pars pliadis
ad successionem signorum / fuit in latitudine quidem ad partem septe
trionis ab orbe medii signorum tunc et nunc secundum illas partes .3. partis 1 et . 2 . 3ae
in orbe magno. descripto super duos polos eius | et in longitudine pliadis
quidem fuit motus eius ad successionem signorum a duobus punctis
equalitatis vernalis tres partes et .49. minuta | propterea quod longitu
do lune fuit in consideratione quidem prima .29. partes et medietas
partis ¶ Et in consideratione quidem 2a .33. partes et 6a partis | et fuit quod
fuit inter duas considerationes ex tempore .394. anni | fuit ergo mo
tus lateris pliadis ad successionem signorum in omnibus .100. partis una anno
¶ Timocharis quoque dixit quod ipse consideravit in Alexandria in anno .36. al. elhosin
revolutionis prime revolutionum Calippi | mense quidem Alachibar hora
.14. diebus | et mense quidem Tebi .4. diebus | in principio hore tertie
constituta est luna Astimech inermis | cum medio cingulo quod sequitur 2. 1. 1.
oriente equalitatis | et steterunt Astimech inermis ex dyametro lune
ad partem septentrionis etiam secundum veritatem | et fuit annus ille .466.
annorum ¶ Nabuchodonosor | et .4. diebus transactis mensis Tebi | qui est ex mensibus
egyptiorum | cuius mane fuit dies septimus | ante medietatem noctis
.3. horis temporalibus | que fere sunt equales | quoniam sol fuit in .4. partibus
piscis | et colligitur ut sint hore que fuerunt ante medietatem noctis secundum
equationem dierum cum noctibus suis ille hore fere | ¶ Et in illa hora fuit
locus centri lune in longitudine secundum veritatem .21. partes et .21. minu
ta virginis | sed quia longitudo eius fuit a puncto tropici estivalis ad succes
sionem signorum .81. partes et .21. minuta | et fuit longitudo eius ab or
be medii signorum ad partem meridiei pars et medietas partis et tertia
| et secundum visum fuit longitudo eius | a puncto tropici estivi in longi
tudine .82. partes et .12. minuta | et longitudo eius fuit ab orbe medii
signorum ad meridiem due partes fere | ¶ Fuit ergo medium celi in illa hora
medium cancri ¶ Et fuit longitudo Astimech inermis a puncto tropici
estivi in illa hora propter illud cuius iam precessit narratio .82. partes et 3a
partis | et fuit longitudo eius ab orbe medii signorum ad partem meridiei
due partes ¶ Postea similiter dicitur quod in anno .48. illius revolutionis .6.
diebus remanentibus de mense Beguem (baraslon) Kasunusz. post .8. dies tran
sacti mensis tue / post medietatem hore 10e transacte | et apud elevationem
lune ab oriente fuit visa Astimech inermis tangere lunam a parte
septentrionis vere | et fuit tempus annus .466. annorum ¶ Nabuchodonosor .8. die
transacto mensis tue | cuius noctis mane fuit dies octavus | quemadmodum

ab orbe medii signorum ad septentrionem due partes et 6 partis. In
visione vero fuit eius longitudo in longitudine 34 partes et 44
minuta, et fuit eius longitudo ab orbe medii signorum ad septentri
one pars et tertia partis, quoniam medium celi fuit postremum libre. Fuit
ergo tunc locus stelle septentrionalis ex stellis que sunt in parte [fronte] scor
pionis nullo loco fere. Iam ergo manifestum est in hac stella
quod longitudo in latitudine ab orbe medii signorum tunc et nunc fuit
longitudo una. Et quia longitudo in longitudine ad successionem
signorum a puncto equalitatis vernalis [autumpnalis] fuit tres partes et 44 minu
ta, et que sunt inter duas consideraciones que aggregantur et sunt 391
anni. Et illud est ex quo oportet etiam ut sit motus stelle in 100
annis pars una ad partem successionis signorum. Capitulum 3m de modo
scribendi tabulas stellarum fixarum

Postquam invenimus certe et vere et ex consideracionibus motus
harum stellarum quas diximus, et aliarum lucidarum, et ex con
sideracionibus earum hiis similibus, et ex consideracionibus motus
2m convenientia longitudinis aliarum stellarum ab hiis conspicuis, quod
spera stellarum fixarum habet hunc motum ad successionem signorum a duobus
punctis duorum tropicorum et duarum equalitatum, secundum quantitatem qua
possibile fuit declarare nobis longitudinem huius temporis. Et inve
nimus etiam quod motus eius iste non erat nisi super duos polos orbis
medii signorum declivis, non super duos polos equacionis diei, super
quos est motus localis primus. Oportet ergo post illud ut studeamus
secundum consideraciones unicuique harum stellarum et aliarum stellarum fixarum
et descripciones tabularum earum et locorum earum in hoc tempore in quo
consideravimus eas, et longitudinem in latitudine, et longitudinem non
ab orbe equacionis diei, sed ab orbe medii signorum, quas terminant
orbes magni descripti super duos polos eius, et super unamquamque
stellarum scriptarum, per quos secundum quod sequitur modus huius motus erit
transitus earum in latitudine, comitantes semper unitatem longitudines
earum ab orbe medii signorum, et earum erunt longitudines in longi
tudine ad successionem signorum, secantes arcus equales in temporibus
equalibus orbis signorum. Et propter illud etiam fecimus illud instrumentum
per eam quod motus duorum circulorum duarum armillarum que sunt in eo non est
nisi super duos polos orbis declivis, quos consideravimus de stellis totum
quod possibile est videri, usque ad quantitatem magnitudinis 6te. Unum autem
duorum circulorum quorum premisimus narracionem, posuimus semper et opposuimus
ipsum uni stellarum lucidarum quas comprehendimus per lunam super comparacione
porcionis partis sue, in qua est ex orbe signorum. Circulum vero alterum

i Intempus quod fuit inter duas consideraciones cuius prima est 200ti et 9ti anni

2m intellectum

4 Et spera stellarum fixarum est movetur versus suc cessionem signorum a duobus punctis duorum tro picorum et duarum equalitatum motione cuius summa est quam facit oportere ex hac quantitate temporis

Abhinc loco incipit e(st) principiu(m) capituli 4(ti) in translatione ysaac.

Et in diuisione 4(a) loca earu(m) in longitudine signor(um) q(ue) steterunt sup(er) ea stellaru(m) considera
tores principii regni Antonini stella(rum) q(ue) p(ri)ma
q(ua)r(um) su(n)t a punctis duor(um) tropicor(um) et duar(um)
equalitatu(m). Et in diuisione 3(a) longitudines
earu(m) in latitudine ab orbe signor(um) in duab(us)
p(ar)tibus stellaru(m) illarum, q(uod) e(st) locus cuiusq(ue) earu(m) in
septentrione aut meridie in diuisione aut quanti
tates quantitatu(m) earu(m) in magnitudine. Et
su(n)t longitudines earu(m) in latitudine rema
nentes s(e)c(un)d(u)m sup(er) hitudine(m) sua(m). Et loca earu(m)
in longitudine in hac hora iam possibile
e(st) ut stent planius sup(er) ... sua et
in alio t(em)p(or)e ut faciamus p(ar)tes que proveniunt
tempori q(uod) e(st) in radice stelle nunc et inter va
...tem eius in hora ... in hoc ... porro
100 annorum ... vnus ... minues ergo eas ex
partibus radicis in hac hora cu(m) fuit tempus q(uod)
fuit antiquius ea et addes eas sup(er) p(ar)tes
radicis in hac hora cu(m) fuit tempus ... no
minis eo

~~... ...~~

Dixi g(ra)tia ut duas stellas quas posuit Abrachis
esse sup(er) duos humeros virginis volemus eas
q(ue) sunt sup(er) duo latera eius

Et inter eas et inter duas palmas eius ...
eius longitudo est h(ec) longitudo conveniens e(st)
in eo ut sit sup(er) duo latera ut cum sit sup(er)
duos humeros est ex consuetudine eius

diuisu(m) totu(m) cu(m) possibile e(st) ut sit eius reuolutio in latitudine sup(er) duos polos
orb(is) declivis, parabimus etiam et opponemus ipsu(m) stelle cuius locus
inquirimus, donec videamus ex foramine q(uod) e(st) ... centrum circuli
sui cum visione stelle p(er) altius. Cum ergo fuit illud, declarabitur
nobis breviter ... cuius ingreditur locus, ambo simul, p(er) ...
instrumenti. Locu(m) quide(m) eius in longitudine demonstrabit locus sectionis
communis circuli sui et circuli orbis signor(um). Et locum eius in latitudine
comprehendit arcus qui ... qui est inter sectionem cuius p(re)missa e(st) nar
ratio et inter foramen q(uod) e(st) sup(er) terra(m). Et aut sit nobis iste modus finitus,
parabimus in fine ... libri huius stellas ... corporalis in ... ta
bularu(m) 2(m) ... divisiones. Et firmabimus in unaq(ue)q(ue) earu(m) de stellis q(ue)
sunt in omni signo. In p(ri)ma quidem earu(m) formas earu(m), et in 2(a) q(uod)
aggregatum ex loc(is) 12 signor(um) in longitudine, que fuerunt in ipso anno
principii regni Antonini, ad principia q(ua)rtar(um) q(ue) sunt a duobus punctis
duor(um) tropicor(um) et duob(us) punctis duar(um) equalitatu(m). Et in 3(a) quide(m) longitudines
earu(m) ab orbe medii signor(um). Et in q(ua)rta ordines ad qua(n)titates magnitudinis ... longi
tudines non earu(m) in latitudine finalibus semp(er) stellaru(m) invariabilibus. Et earu(m) locor(um) *quarta*
in longitudine et earu(m) transitum qui sunt in reliquis temporib(us), quamuis possibile
est eas equaliter breviter portione que proveniunt ex p(ar)tibus ei q(uod) e(st) inter locu(m)
stelle in radice et inter locu(m) eius quesitum. Qui e(st) in omnib(us) 100 annis
temporis p(ar)s una. Deceptio illo ex loco in tempore antiquo, et addes ipsum sup(er) locum in tempore
moderno. Et non q(ue) signant nomina formaru(m) ymaginabimur stellas q(ue) sequuntur
eiusmodi harum horarum et sequuntur eos qui sunt sup(er) duos ~~de~~ polos orbis signor(um).
Nos namq(ue) iam nominauimus antecedentes q(ue) antecedunt alias, et sequentes que se
quuntur alias, illas stellas quarum loca sunt ex oppositionibus p(ar)tium orbis signor(um)
in eas q(ue) p(re)cedunt ... ~~eas que~~ et in eis que sequuntur ex oppositionibus eius
et p(ar)tibus eius. Dum autem nominantur conuidicaliter aut septentrionaliter nominabimus stel
las que sunt ... nominis q(uod) e(st) s(e)c(un)d(u)m duos polos orbis signor(um). Et aut de priuis
de formis que sunt cuiusq(ue) stellar(um), nos non accepimus neq(ue) nominauimus iste
formas quas acceperunt et nominauerunt illi qui fuerunt ante nos. Sed nature
... formas alias in locis plurib(us). Et q(uod) e(st) ... et magis ... na
ture ... sic istud q(uod) dixit Abrachis q(uod) e(st) sup(er) duos humeros virginis dixi
mus quod e(st) sup(er) duo latera virginis, p(ro)pterea q(uod) longitudo que e(st) inter eas et
inter stellas que sunt in capite est maior longitudine que e(st) inter extremita
tes duar(um) manuum, et id conveniens ut competat ad duo latera. Ad du
os namq(ue) humeros est horrendum ut compareret ... Et et id invenitur breviter
stellarum consideratione q(ue) erit loca earu(m) scripta, ut comparetur ad diversitatem sup(er) q(uam)
sunt stelle. Exemplum q(ui)d(em) in affirmatione stellar(um) fixar(um) q(ue) sunt in mediete spere sep
tentrional(is) et positione earu(m) in tabul(is).

Ubicumq(ue) invenerimus ap(ud) magnitudinem q(ue) e(st) in tabul(is) stellar(um) fixar(um) notam .m. et sup(er) eam nota .e. sci
amus q(uod) illius intentio e(st) q(uod) e(st) maius illa quantitate parum. Et ubicumq(ue)
invenimus ap(ud) magnitudinem nota(m) .e. sup(er) illa .l. scitur q(uod) eius intentio e(st)
q(uod) e(st) minus illa quantitate parum, et ita e(st) de stellis tabular(um).

Tabula stellarum fixarum ... stelle ... [illegible]

Corr...

Nota quod super loca stellarum fixarum Ptholomei sunt addenda 17 gradus et 8 minuta quantum loca earum que erant tempore Alfoncij et ad tempus Alfonsi anno domini 1428 quod est 4 Junii 83 addi gradus 1. 44 38

1428 super habet addi 18 gradus 48 minuta

Ursa minor

·:·) Tabula stellarum fixarum

1. Ursa bor.

Forme et stelle		Longitudo Sig	Gr	Mi		Latitudo Gra	Mi	Magnitudo
Stelle urse minoris								
Stelle urse minoris								
Illa que est super extremitatem caude	sa. ve.	2	0	10		66	0	3
Illa que est post istam super caudam		2	2	30		70	0	4
Illa que est post eam in origine caude		2	16	0		74	0	4
Meridiana a latere antecedente laterum (clarium) .442.		2	29	40		75	40	4
Septentrionalis ab hoc latere		3	3	40		77	40	4
Meridiana duarum que sunt in latere sequente		3	17	10	septentrionalis	72	50	2
Septentrionalis ab hoc loco	sa. ve.	3	26	10		74	50	2 (3)
Hee ergo sunt septem stelle quarum magnitudinis 2e sunt due, in 3a 1a, in 4a 4or.								
Illa que est inter eas et non est in forma sequente et est 1a quo est ...								
Meridiana que est secundum rectitudinem duarum stellarum que sunt in latere sequente		3	13 (23)	0		71	10	4
Stelle urse maioris — et vigilie maioris								
Illa que est super extremitatem musidi		2	24 (20)	4		39	50	4
Antecedens duarum que sunt in duobus oculis		2	25	50	septentrionalis	43	0	5
Sequens earum		2	26	20		43	0	5
Antecedens duarum que sunt in fronte		2	26	10		47 (47)	10	5
Sequens earum		2	27	40		47	0	5
Illa que est super extremitatem auris antecedentis		2	0	10		50	30	5
Antecedens duarum que sunt in collo		3	2	30		43	50	4
Sequens earum		3	9	30		44	30	4
Septentrionalior duarum que sunt in pectore ad septentrionem		3	11	0		42	0	4
Septentrionalior earum ad meridiem		3	10	0		44	0	4
Illa que est super genu sinistrum	mi.	3	5	40		35	0	3
Stella septentrionalis duarum stellarum que sunt in extremitate pedis precedentis	mar.	3	6	30		29	20	3
Meridiana earum	mar.	3	5	20		28	30 (20)	3
Illa que est super genu dextrum		3	5	40		35	0	4 (5)
Illa que est sub genu dextro		3	17	50		33 (0)	3 (20)	4
Illa que est super dorsum (clarior) earum que sunt in renibus 4or lateris		3	22	40		48 (9)	0	2
Illa que est sup iuncturam eius	mar.	3	3	10		48 (4)	30	2
Illa que est super originem caude eius	le. ve.	3 (4)	3	10		51 (41)	0	3
Sequens earum et est illa stella que est super anchiam (coxam) sinistram posteriorem	mi.	3 (4)	4 (22)	0		46	30	2
Antecedens duarum que sunt in pede sinistro posteriori	mi.	3	4 (22)	40		29	30 (20)	3
Sequens hanc	mar.	3	24	10		28	15	3
Illa que est in ... genu sinistri		4	1	40		35	15	4

2. Ursa maior

Tabula stellarum fixarum

Forme et stelle		Longitudo Sig.	G.	M.		Lat. G.	M.	Magnitudo
Septentrional(is) duarum que sunt in pede dextro posteriore		5	9	40	septentrionales	24	40	3
Declinior earum ad meridiem		5	10	20		24	0	3
Prima trium que sunt super caudam et est aliore	l.e	5	12	10		43 / 13	30	2
Media earum	ve	5	15 (14)	0		44 / 14	50	2
Tertia et est ea que est super extremitatem caude benenays	ve	5	29 (28)	40		42 / 18	0	2
Ille ergo 27 stelle in magnitudine 2a sunt 6 / in 3a 8 / in 5a 8 / in 4a						4		6
Ille que sunt sub eis et non sunt in forma								
Stella elongata a costa eius ad meridiem		5	21 (17)	40		34	54	3
Antecedens hanc et est declinior ea occultior		5	20	10 (20)		51	24	4
Declinior earum que sunt in eo quod est inter duos pedes antecedentes urse		3	14	0		17	34	5
Illa que est declinior ad septentrionem ab hac et inter caput leonis et medium		3	13	20		29 / 19	10 ~~occulta~~	5
Sequens stellarum trium occultarum reliquarum		3	16	10		20	0 occulta	4
Antecedens hanc		3	12	10		22	54 occulta	5
Illa que plus antecedit hanc		3	11	10		3 / 26	20 occulta	6
Que est inter duos pedes antecedentes urse et inter geminos		3 / 5	0	0		22 / 24	14 occulta	6
Ille ergo 8 stelle que non sunt in forma quarum in magnitudine 3a est una / quarta due / quinta una et occulte 5								
Stel—le—dra—co—nis que dicitur visbs								
Que est super linguam		6	26	20 (50)		76	30	5
Que est in ore		7	11	40		78	30	5
Que est super duos oculos	po. min.	7	13	10		74	50	3
Que est super geminum	po. maior	7	21 / 26	20		80 / 74	20	5
Que est super caput et rastabe		7	24	50		74	30	3
Septentrionalis trium que sunt super unam lineam a cervice in flexione prima		8	28	50	septentrionales	82	20	5
Meridionalis earum		9	2	20		78	14	5
Media earum		8	28	40		80	20	5
Sequens istam a parte orientis ab hac secundi lateris que est in flexione sequente prima ista		9	29	30		81	10	5
Meridiana lateris antecedentis huius 4 lateris		11	8	0		81	50	5
Septentrional(is) lateris antecedentis		11	20	30		83	0	5
Septentrional(is) lateris sequentis		0	7	50		78	40	5
Meridionalis lateris sequentis		11	22	40		77	40	5
Meridiana trianguli qui est in flexione que est post illam		0	10	50		80	30	5
Antecedens duarum reliquarum trianguli		0	21	50		81 / 80	20 / 14	4
Sequens earum stella antecedens 2 stellarum que sunt in		0	26	10		80	14	4
triangulo qui antecedit istam		2 / 0	13	20		83	30	5

Stellas dividens et ursas

Tabula stellarum fixarum

Forme et stelle	Longitudo Sig.	Gr.	Mi.		Latitudo Gr.	Mi.	Magnitudo
Rectilinior duarum reliquarum trianguli ad meridiem	1	20	20		83	30	5
Rectilinior duarum reliquarum ad septentrionem	1	11	40		85	1 40	5
Rectilinior duarum parvarum occidentalium a triangulo	3	8 26	50		87	30	6
Antecedens earum	3	21	50		86	40	6
Rectilinior trium que sunt super rectam lineam propinquas ad meridiem	4	9	0		81	14 44	4
Media trium	4	9	20 30		83	0	4
Rectilinior earum ad septentrionem p° mar	4	8	2 30		85	40	3
Rectilinior duarum que sequuntur istas ex eis que sequuntur occidentem ad septentrionem	4	10	0		78 83	0	3
Rectilinior earum ad meridiem	4	13	0		5 70	50	5
Stella occidentalis harum duarum apud flexuositatem caude p° mar	4	12	50		70 305	0	3
Antecedens duarum elongatarum ab hac elongatione magna p° mar	5	7	20		62 304	50	4 3
Sequens earum p° mar	5	11	10		64 304	30	3
Sequens istas propinquas caude p° mar	3	19	10	0	61 301	1 34	3
Reliqua que est super extremitatem caude p° mar	3	13	10		46 306	1 44	3
Harum ergo 34 stellarum in magnitudine 3a sunt 8 | in 5ta ~~in mediocri~~ due	16	... 4		4 et	1 6a	2
Stellatio Chechius latine et ipse est inflammatus / alii ... Cepheus							
Que est super pedem dextrum	1	4	0		74	50	5
Que est super pedem sinistrum	1	3	0		62 305	14	5
Que est sub cingulo a latere dextro	0	7	30		71	10	5
Contingens supinus humerum dextrum p°	11	16	50		69 304	0	3
Contingens supinus marfic id est dextrum cubitum asupiolincta	11 10	9	20		72	0	5
Que est sub isto cubito	11	10	0		72	0	5
Que est in pectore	11 10	28	30		64 304	30	4
Que est super adiutorium sinistrum p° mar	0	7	30		62 302	30	5
Meridionalis trium que sunt super pileum	11	16	20		60 300	14 44	4
Media earum	11	17	20		61 301	14 44	5
Septentrionalis earum	11	19	0	0	61 301	30	4
Harum ergo 11 stellarum in magnitudine tria est una, quarta 7, in 4ta 3							
Earum vero que sequuntur thechius et non sunt in forma							
Antecedens pilei	11	13	50		62 305	0	4
Sequens pileum	11	21	20		49	30	5
Stellarum ergo duarum que non sunt in magnitudine in forma 5a est una, in 4ta una							
Stellatio thegius et ipse est plorans cum intento et vociferans algawar							
Antecedens earum que sunt in manu sinistra p° mar	4	2	20		48	50	4

Vociferans. Boetes. custos plaustri

Tabula stellarum fixarum

Forme et stelle	Longitudo Sig	Gr	Mi	[Lat.]	Latitudo Gra	Mi	Magnitudo
Media trium et declinior earum ad meridiem — jo. mi	4	2	10		48	20	4
Sequens trium	4	4	10		60	10	4
Que est super [mediale] sinistrum i. cubitum	4	4	20		48	20	4
Que est super humerum sinistrum	4	19	20	A	29	0	3
Que est super caput	4	26	20		13	40	2
Que est sup humerum dextrum	6	4	20		18	20	2
Declinior istis ad septentrionem et est in mataliz... et est hastile huius tanes	6	4	20		13	34	2
Que est declinius hac ad septentrionem et est in extremitate huius hastilis	6	4	0		21	30	2
Declinior earum ad meridiem [septe... sub humero in regula hastilis] (6 7 20 / 26 10 2)	6	8	30		24	30	2
